This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

878
L5
W43
1877
V.6


1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

878
L5
W43
1877
v.6

21151

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBRI.

RECOGNOVIT

WILH. WEISSENBORN.

PARS VI.

FRAGMENTA ET INDEX.

LIPSIAE
SUMPTIBUS ET TYPIS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXVII.

PRAEFATIO.

In edendis T. Livii fragmentis eam rationem secutus sum, ut repetenda curarem ea, quae a prioribus editoribus sunt collecta citatis autoribus qui ea vel servarunt vel explicaverunt, nova non adderem nisi pauca quae Livii esse constaret, alia quae fortasse recipienda cuipiam videntur, excluderem. Quamquam enim dubitari non potest, quin Orosius sua magnam partem e Livio hauserit — cf. Theod. de Moerner de Orosii vita eiusque historiarum libris septem adversus paganos disputationem p. 104 sqq. et Ottonis commentationem, annalibus Marburgensibus a. 1850 n. 41 sqq. insertam — tamen cum vix discerni queat, quae inde petiverit, quaeque non mutata in suos libros receperit, aut omnia fere erant admittenda aut ea tantum, quae a Livio se sumpsisse professus est. Et illud quidem cum non posset non lubricum et anceps videri priorum editorum exemplum secutus pauca modo ex Orosii libris inter Livii fragmenta referenda putavi. Eandem rationem in Iulio Obsequente et Plutarcho tenui, etsi negari non potest multo plura ab iis e Livio esse sumpta. De iis quae nunc primum adiicienda videbantur pauca habeo quae dicam. Et in quarto quidem fragmento ab Hauptio V. Cl. invento, cum in codice scriptum esset *idq. sentire urbes ppeſi decredendum*, G. Hermann emendavit „*idque Centuriporum urbis propinquae fide credendum*“, quam coniecturam, cum meliora non suppeterent, recepi, cf. Kreyssig. T. Livii ab. urb. cond. liber tricesimus tertius p. CXXIII. In fragmento tricesimo quinto num ea verba, quae descripsi, sola sint Livii, an alia fuerint addenda, vix potest constare. Fragmentum duodetricesimum Ottoni obsecutus recipiendum putavi, cum alius atque Livii nostri illa verba vix esse possint: ceterum non constat, num vv. *nec immerito* sqq. et ipsa Livio debeantur an scholiastae. Ex eodem fonte petita sunt fragmenta quadragesimum et quadragesimum primum, in quibus scholiasta nomen scriptoris posuit, quod ad quae additum non est, etsi Ottoni e Livio nonnulla sumpta iure fortasse videntur, ea tamen, quod id incertum est, admittere dubitavi. Quinquagesimum quintum fragmentum a Schneidewino V. Cl. repertum et l. l. explicatum est et emendatum, nam verba *Romano* et *pacis abundantia* iure Livio videntur abiudicari. Fragmentum duodeseptuagesimum et sequentia cum Li-

vio a grammaticis tribuantur non putavi esse omittenda; id autem quod e Nonio Marcello est, ita est corruptum, ut quae Livii manus fuerit vix possit constare. Denique non omittendum videbatur fragmentum septuagesimum alterum, sed cum dubitari scirem — cf. Ann. Marburg an. 1848. p. 880. —, num Livii esset, ultimo loco ponendum putavi. In columnarum ordine Kreyssigium secutus sum, quem iure priore loco posuisse eam quae a verbis *P Q. Lentulus* incipit etiam inde videtur colligi posse, quod in extremis eius verbis ordinum dissensus commemoratus est, cuius eventus paulo post exponitur. Iure idem *Marcellinus* emendavit, etiam Huschkio probatum, et *illas pergentis*, ubi Pertzius minus recte *inde pergentis* suaserat. Sed dubito, num in *Q.* litera lateat *Cornelius*, quare Mommsenium secutus sum; quamquam etiam in Puteaneo codice haud raro signa inveniuntur ei quod h. l. conspicitur similia, cf. Alschefskium vol. III. p. XIV. et Ann. Marburg. anni 1847 p. 1001. deinde non dubitavi pro „*actore*", quod in scheda scriptum est, de Kreyssigii sententia *auctore* praeferre. Idem paulo post „*imperio continenda fuit*" scriptum fuisse censet, ubi Pertzius *componenda* suadet, quod nescio an aptius videatur ad *novam* provinciam. De ordinum discordia sagacissime exposuit Huschkius, sed quod in altera columna scribendum esse putat „*forte consulto ambo*" vix poterit probari, cum huius locutionis nullum exstet exemplum, neque ambo videatur adiici potuisse ad duo adverbia. Kreyssigius Pertzio adsentiens *consules ambo* probat, sed *atque* omissum post v. *ambo* deinde, ut *vel* ab h. l. alienum removeatur, legendum esse censet „*cognomen inditum et candidatum*"; et hoc quidem non improbabile videtur, sed *atque* addere nescio an audacius sit habendum. An fuit „*Quintumque Metellum — cognomen fuit, tum et candidatum*" etc. — sed consultius videtur cum Mommsenio *vel* servare. Iure deinde Kreyssigius fugientesque emendavit, cum Pertzius fugientemque scripsisset. Non minus dubia sunt quae in membrana leguntur *do(mu)m q. propriore erat*, in quibus Pertzius, cum quo Huschkius facit, latere putat „*domum qui propraetore erat*" Kreyssigius „*domum quae propior erat*". Plane incerta sunt ultima verba. Pertzius literarum apicibus, qui soli exstant, „*in propugnaculum pervenit*" significari putat, idque probavit Kreyssigio; Huschkius „*ingenti pugna civium pervenit*", sed nescio an hoc quoque longius a literarum vestigiis recedat. Libentius Huschkio credam fragmentum ex libro nonagesimo quarto sumptum, et quae traduntur a. u. septingentesimo octogesimo primo acta esse. De reliquis tantum id addam, in fragmento nono, quod a Charisio servatum est, ipsa Livii verba, propter quae locus est adscriptus, intercidisse videri, ob eamque causam „*imberbes singulariter*" uncis inclusa fuisse addenda. In iis quae ex libro nonagesimo primo servata sunt nondum recte suppleta videtur lacuna in verbis *rimis et tu....o...um igni*, nam neque ea quae alios secutus recepi „*et tum confla-*

grare immisso facium igni" propter *tum*, quod non requiritur, et quod non tam facium igni immisso quam facibus immissis exspectatur, satis placent, neque Niebuhrii supplementum „*et tugurium conflagrare correptum igni*"; cum de tugurio non constet, omnino certum videri potest. Deinde „*cum valido praesidio*" Kreyssigius addidit, „*et proeliis inutilia*" Niebuhrius. Paulo ante nescio an „*vetera*" sit legendum, ubi in membrana *cetera* est scriptum. In qua si *administrare* exstat dubito an pro vero haberi possit, cum *eos* facile intelligatur. Deinde *et ipsorum* e scheda servavi, cum *ab* etiam alibi a Livio omissum sit. Paulo supra „*bono animo esse atque*", tum *red*ire, itemque „*sollicitare*" atque „*igitur exemplo*" adiecit Niebuhrius. „*Cascantinorum*", ubi in membrana *Casuantinorum* est, et „*Arevaeos*" pro *Arvaeos* Iuvenatius scribendum esse vidit.

Scrib. Isenaci Non. April. MDCCCLI.

TITI LIVI
LIBRORUM DEPERDITORUM
FRAGMENTA.

Fragmentis, quae probabili coniectura ad suos libros referri possunt, asterscus est praefixus: cetera, quibus locum in Livii libris assignare non licet, cum epistolae filio inscriptae reliquiis deinceps adiecta sunt.

* *Ex lib. XII.*

1) Ni Pyrrhus unicus pugnandi artifex, magisque in proelio quam bello bonus. *Serv. ad Virgil. Aen. I,* 456.

* *Ex lib. XIII.*

2) Curribus falcatis usos esse maiores, et Livius et Salustius docent. *Serv. ad Virgil. Aen. I,* 476. *Cf. Freinshem. Supplem. cap.* 38.

Ex lib. XIV.

3) Privato nos tenuissemus. *Priscian. lib. XV. p.* 1009. *ed. Putsch. Vol. I. p.* 620. *ed. Krehl.*

4) Meminit etiam huius montis Titus Livius his verbis „montes maximi in Sicilia quattuor, Erycus Nebrodes Neptunius et Aetna; quem vident saepius a summo flammas vertice evolvere, idque Centuriporum urbis propinquae fide credendum, quamquam id, cum primum Romae nuntiatum est arsisse Aetnam, in monstris procuratum. *Scriptor de septem miraculis mundi, cf. Ovidii Halieutica etc. ex recensione Mauricii Hauptii p. XXVIII. et p.* 70. *sq.*

* *Ex. lib. XVI.*

5) Sichaeus Sicharbas dictus est; Belus, Didonis pater, Methres; Carthago a Carthada, ut lectum est; quod invenitur in historia Poenorum, et in Livio. *Serv. ad Virgil. Aen. I,* 343.

6) Carthago est lingua Poenorum nova civitas, ut docet Livius. *Serv. ad Virgil. Aen. I,* 366. *Cf. Solin. cap.* 27.

7) Bitias classis Punicae fuit praefectus, ut docet Livius. *Serv. ad Virgil. Aen. I,* 738.

Ex lib. XVII.

8) Pridie Nonas. Pridie Idus. *Priscian. lib. XIV p.* 992. *ed. Putsch. Vol. I, p.* 601. *ed. Krehl.*

Ex. lib. XVIII.

9) *Imberbi* autem dicuntur, non *imberbes*. sic enim et Varro de actionibus scenicis V. *imberbi* iuvenes, sed et Cicero *imberbum* protulit, non *imberbem*. ex calendis Ianuariis de lege agraria: imberba iuventute. Titus Livius Historiarum XVIII [*imberbes singulariter*] imberbi vulgariter. *Charis. Gramm. ap. Putsch. I,* 74. *Imberbi*

dicuntur, non *imberbes*. sic etenim Varro: *inberbi* iuvenes, sed et Cicero *imberbum* dixit non *imberbem*. Titus Livius autem *imberbis* singulariter. *Auctor incertus de Orthog. ap. Putsch. p.* 2789. *Imberbi* dicuntur, non *imberbes*. Varro *imberbi* iuvenes; ita et Cicero; sed contra Titus Livius. *Vetus Grammat. apud Barthium. Adver. XXXVII,* 14.

10) Serpentis quoque a T. Livio curiose pariter ac facunde relata fiat mentio. is enim ait in Africa apud Bagradam flumen tantae magnitudinis anguem fuisse, ut Atilii Reguli exercitum usu amnis prohiberet: multisque militibus ingenti ore correptis, compluribus caudae voluminibus elisis, quum telorum iactu perforari nequiret, ad ultimum ballistarum tormentis undique petitam, silicum crebris et ponderosis verberibus procubuisse, omnibusque et cohortibus et legionibus ipsa Carthagine visam terribiliorem. atque etiam cruore suo gurgitibus imbutis, corporisque iacentis pestifero afflatu vicina regione polluta, Romana inde summovisse castra. dicit etiam belluae corium centum viginti pedum in urbem missum. *Valer. Max. I,* 8. *ext.* 19. *Cf. Freinshem. Supplem. cap.* 15. *sq.*

* *Ex lib. XIX.*

11) Tertii ludi (saeculares) fuerunt, Antiate Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro C. Iunio Pullo consulibus. *Censorin. de Die Nat. cap.* 17. *Cf. Freinshem. Supplem. cap.* 31.

12) Est in Livio, quod, quum quidam cupidus belli gerendi a tribuno plebis arceretur, ne iret, pullos iussit adferri. qui quum missas non ederent fruges, irridens consul augurium ait: *Vel bibant;* et eos in Tiberim praecipitavit. inde navibus victor revertens ad Africam in mari cum omnibus, quos ducebat, exstinctus est. *Serv. ad Virgil. Aen. VI,* 198. *Cf. Freinshem. Supplem. cap.* 21.

* *Ex lib. XLIX.*

13) De quartorum ludorum (saecularium) anno triplex opinio est. Antias enim et Varro et Livius relatos esse prodiderunt L. Marcio Censorino M'. Manlio consulibus, post Romam conditam anno sexcentesimo quinto. *Censorin. de Die Nat. cap.* 17.

Ex lib. LVI.

14) Qui Pompeium morbum excusasse ferunt, ne, cum interesset deditioni, animos Numantinorum irritaret. *Priscian. lib. XVIII. p.* 1198. *ed. Putsch. Vol. II. p.* 240. *ed. Krehl.*

* *Ex lib. LXXVII.*

15) *Καὶ παρελθὼν εἰς τὴν πόλιν ὕπατος μὲν ἀποδείκνυται μετὰ Κοΐντου Πομπηΐου, πεντήκοντα ἔτη γεγονώς, γαμεῖ δὲ γάμον ἐνδοξότατον Καικιλίαν τὴν Μετέλλου θυγατέρα τοῦ ἀρχιερέως· Ἐφ' ᾧ πολλὰ μὲν εἰς αὐτὸν ἤδον οἱ δημοτικοί, πολλοὶ δὲ τῶν πρώτων ἐνεμέσων, οὐκ ἄξιον ἡγούμενοι τῆς γυναικὸς ὂν ἄξιον ὑπατείας ἔκριναν, ὥς φησιν ὁ Τίτος. Plut. Sylla* 6. *Cf. Freinshem. Suppl. cap.* 2.

16) Sulla quum primum ad urbem contra Marium castra movisset,

adeo laeta exta immolanti fuisse scribit Livius, ut custodiri se Postumius haruspex voluerit, capitis supplicium subiturus, nisi ea, quae in animo Sulla haberet, diis iuvantibus implevisset. *Augustin. de Civ. Dei II*, 24. *Cf. Plutarch. Sull. cap.* 9.

* *Ex. lib. LXXXIII.*

17) Eversis quippe et incensis omnibus cum oppido simulacris solum Minervae simulacrum sub tanta ruina templi illius, ut scribit Livius, integrum stetisse perhibetur. *Augustin. de Civ. Dei III*, 7. *Cf. Freinshem. Supplem. cap.* 7.

* *Ex lib. XCI.*

18) *Nocte* tamen insequenti ipso pervigilante in eodem loco alia excitata turris prima luce miraculo hostibus fuit. simul et oppidi turris, quae maximum propugnaculum fuerat, subrutis fundamentis, dehiscere ingentibus rimis, et tum *conflagrare immisso faci*um igni, coepit; incendiique simul et ruinae metu territi Contrebienses de muro trepidi refugerunt; et, ut legati mitterentur ad dedendam urbem, ab universa multitudine conclamatum est. eadem virtus, quae irritantes oppugnaverat, victorem placabiliorem fecit. obsidibus acceptis pecuniae modicam exegit summam, armaque omnia ademit. transfugas liberos vivos ad se adduci iussit: fugitivos, quorum maior multitudo erat, ipsis imperavit, ut interficerent. iugulatos de muro deiecerunt.

Cum magna iactura militum quattuor et quadraginta diebus Contrebia expugnata, relictoque ibi L. Insteio *cum valido praesidio*, ipse ad Hiberum flumen copias adduxit. ibi hibernaculis secundum oppidum, quod Castra Aelia vocatur, aedificatis ipse in castris manebat: interdiu conventum sociarum civitatium in oppido agebat. arma ut fierent pro copiis cuiusque populi per totam provinciam edixerat; quibus inspectis referre cetera arma milites iussit, quae aut itineribus crebris, aut opp*ugnationibus et proeliis inutilia* facta erant, novaque viris per centuriones divisit. equitatum quoque novis instruxit armis, vestimentaque praeparata ante divisa, et stipendium datum. fabros, cura conquisitos, undique exciverat, quibus officina publica in*stituta uteretur*, ratione inita, quid in singulos dies effici possit. itaque omnia simul instrumenta belli parabantur; neque materia artificibus praeparatis ante omnibus *e*nixo civi*ta*tium *s*tudio, nec suo quisque operi artifex deerat. convocatis deinde omnium populorum legationibus et civitatium, gratias egit, quod, quae imperata essent in *p*edestres *copias*, *praestitissent:* quas ipse res *in defendendis sociis*, quasque in oppugnandis urbibus hostium gessisset, exposuit, et ad reliqua belli cohortatus est paucis edoctos, quantum Hispaniae provinciae interesset, suas partes superiores esse. dimisso deinde conventu, iussisque omnibus *bono animo esse*, *atque* in civitate*s redi*re suas, principio veris M. Perpernam cum viginti milibus peditum, equitibus mille quingentis, in Ilercaonum gentem misit, ad tuendam regionis eius maritimam oram;

datis praeceptis, quibus itineribus duceret ad defendendas socias urbes, quas Pompeius oppugnaret, quibusque ipsum agmen Pompei ex insidiis adgrederetur.

Eodem tempore et ad Herennuleium, qui in isdem locis erat, litteras misit, et in alteram provinciam ad L. Hirtuleium, praecipiens, quem ad modum bellum administrari vellet: ante omnia, ut ita socias civitates tueretur, ne acie cum Metello dimicaret, cui nec auctoritate nec viribus par esset. ne ipsi quidem consilium esse ducere *ad*versus Pompeium: neque in aciem descensurum eum credebat. si traheretur bellum, hosti cum mare ab tergo, provinciasque omnes in potestate haberet, navibus undique commeatus venturos: ipsi autem, consumptis priore aestate quae praeparata fuissent, omnium rerum inopiam fore. Perpernam in maritimam regionem superpositum, ut ea, quae integra adhuc ab hoste sint, tueri posset, et, si qua occasio detur, incautos per tempus adgressurum. ipse cum suo exercitu in Berones et Autricones progredi statuit; a quibus saepe per hiemem, cum ab se oppugnarentur Celtiber*ae* urbes, imploratam esse opem Pompei compererat, missosque qui itinera exercitui Romano monstrarent; et ipsorum equitibus vexatos saepe milites suos, quocumque a castris per oppugnationem Contrebiae pabulandi aut frumentandi causa pro*grederentur*. ausi tum quoque *erant* Arevacos in partes *sollicitare*. edito *igitur exemplo* belli consilium se initurum, utrum prius hostem, utram provinciam *petat:* maritimamne oram, ut Pompeium ab Ilercaonia et Contestania arceat, utraque socia gente, an ad Metellum et Lusitaniam se convertat.

Haec secum agitans Sertorius praeter Hiberum amnem per pacatos agros quietum exercitum sine ullius noxa duxit. profectus inde in Bursaonum et Cascantinorum et Graccuritanorum fines, evastatis omnibus proculcatisque segetibus, ad Calagurim Nasicam, sociorum urbem, venit; transgressusque amnem propinquum urbi ponte facto castra posuit. postero die M. Marium quaestorem in Arevacos et Cerindones misit ad conscribendos ex iis gentibus milites, frumentumque inde Contrebiam, *quae* Leucada appellatur, comportandum, praeter quam urbem opportunissimus ex Beronibus transitus erat, in quamcumque regionem ducere exercitum statuisset: et C. Insteium, praefectum equitum, Segoviam et in Vaccaeorum gentem ad equitum conquisitionem misit, iussum cum equitibus Contrebiae sese opperiri. dimissis iis ipse profectus, per Vasconum agrum ducto exercitu, in confinio Beronum posuit castra. postero die cum equitibus praegressus ad itinera exploranda, iusso pedite quadrato agmine sequi, ad Vareiam, validissimam regionis eius urbem, venit. haud inopinantibus iis noctu advenerat. Undique equitibus et suae gentis et Autric*onum*. *De hoc fragmento, quod primum a Brunsio et Iuvenatio, deinde a Niebuhrio ex codice Vaticano editum esse constat, vid. Kreyssigii ed. Livii Tom I. p. LXVI. sqq. et Tom. IV. p.* 325. *sqq.*

19) Hoc primum proelium inter Sertorium et Pompeium fuit. decem milia hominum de Pompeii exercitu amissa et omnia impedimenta, Livius auctor est. *Frontin. Strateg. II*, 5, 31. *Cf. Freinshem. Supplem. cap.* 19.

Ex lib. XCIV.

20) Livius in libro nonagesimo quarto Inarimen in Maeoniae partibus esse dicit; ubi per quinquaginta millia terrae igni exustae sunt. Hoc etiam Homerum significasse vult. *Serv. ad Virgil. Aen. IX*, 715.

* *Ex lib. XCVII.*

21) Triginta quinque millia armatorum (fugitivorum a Crasso devictorum) eo proelio interfecta cum ipsis ducibus (Casto et Gannico) Livius tradit, receptas quinque Romanorum aquilas, signa sex et viginti, multa spolia inter quae fasces cum securibus. *Frontin. Strateg. II*, 5, 34. *Cf. Freinshem. Supplem. cap.* 4.

* *Ex lib. XCVIII.*

22) *Λιούϊος δ' εἴρηκεν, ὡς οὐδέποτε Ῥωμαῖοι πολεμίοις ἀποδέοντες τοσούτῳ πλήθει παρετάξαντο· σχεδὸν γὰρ οὐδ' εἰκοστὸν ἀλλ' ἔλαττον ἐγένοντο μέρος οἱ νικῶντες τῶν ἡσσημένων. Plutarch. Lucull. cap.* 28. *Cf. Freinshem. Supplem. c.* 49.

23) *Φησὶ δὲ ὁ Λιούϊος ἐν μὲν τῇ προτέρᾳ μάχῃ πλείονας, ἐν δὲ ταύτῃ γνωριμωτέρους πεσεῖν καὶ ληφθῆναι τῶν πολεμίων. Plutarch. Lucull. cap.* 31. *Cf. Freinshem. Supplem. c.* 73.

* *Ex lib. XCIX.*

24) Creta primo quidem centum habuit civitates; unde Hecatompolis dicta est: post viginti quattuor: inde, ut dicitur, duas, Gnosson et Hierapytnam: quamvis Livius plures a Metello expugnatas dicat. *Serv. ad Virgil. Aen. III*, 106.

* *Ex lib. CII.*

25) Quod quum diluisset. *Agroetius de Orthogr. p.* 2267. *ed. Putsch.*

26) *Καὶ γὰρ ἁλούσης τῆς πόλεως περὶ τρίτον μῆνα, τῇ τῆς νηστείας ἡμέρᾳ, κατὰ τὴν ἐννάτην καὶ ἑβδομηκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν ὀλυμπιάδα ὑπατευόντων Γαΐου Ἀντωνίου καὶ Μάρκου Τυλλίου Κικέρωνος οἱ πολέμιοι μὲν εἰσπεσόντες ἔσφαττον τοὺς ἐν τῷ ἱερῷ. οἱ δὲ πρὸς ταῖς θυσίαις οὐδὲν ἧττον ἱερουργοῦντες διετέλουν, οὔτε ὑπὸ τοῦ φόβου τοῦ περὶ τῆς ψυχῆς, οὔτε ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἤδη φονευομένων ἀναγκασθέντες ἀποδράναι, πᾶν δ' ὅτι δέοι παθεῖν τοῦτο παρ' αὐτοῖς ὑπομεῖναι τοῖς βωμοῖς κρεῖττον εἶναι νομίζοντες, ἢ παρελθεῖν τι τῶν νομίμων. ὅτι δὲ οὐ λόγος ταῦτα μόνον ἐστὶν ἐγκώμιον ψευδοῦς εὐσεβείας ἐμφανίζων, ἀλλ' ἀλήθεια, μαρτυροῦσι πάντες, οἱ τὰς κατὰ Πομπήϊον πράξεις ἀναγράψαντες· ἐν οἷς καὶ Στράβων καὶ Νικόλαος καὶ πρὸς τούτοις Τίτος Λίβιος, ὁ τῆς Ῥωμαικῆς ἱστορίας συγγραφεύς Joseph. Antiq. Iud. XIV.* 4, 3.

Ex lib. CIII.

27) Horrendus magis est, perimit qui corpora, carbo.
Urit hic inclusus, vitalia rumpit apertus:
Hunc veteres quondam variis pepulere medelis.
Tertia namque Titi simul et centesima Livi
Charta docet, ferro talem candente dolorem
Exsectum, aut poto raporum semine pulsum:
Infecti dicens vix septem posse diebus
Vitam produci: tanta est violentia morbi.
Q. Seren. Samon. de Medic. cap. 39. *vs.* 725. *sqq.*

* *Ex lib. CIV.*

28) Pompeius quinque annis fuit praefectus annonae, et illud officium usurpavit superveniente fame nec erat vile, cum dicat Livius: si quis quondam annonam in urbe factitasset, magna habebatur; nec immerito, quia Roma volebat omni die LXXX milia modiorum annonae: et sic per hoc acquisivit sibi multos clientes. *Scholiast. vet. Lucani ad Phars. I*, 319. *cf. Ottonis Disquis. in Ann. Darmstad. vol. VIII. p.* 318.

* *Ex lib. CV.*

29) Formam totius Britanniae Livius veterum, Fabius Rusticus recentium, eloquentissimi auctores, oblongae scutulae vel bipenni assimulavere. *Tacit. Agric. cap.* 10.

30) Britanniae licet magnitudinem olim nemo, ut refert Livius, circumvectus est, multis tamen data est varia opinio de ea loquendi. *Iornandes de rebus Getic. cap.* 2.

* *Ex lib. CIX.*

31) Septingentesimo condicionis suae anno quattuordecim vicos eius (Romae) incertum unde consurgens flamma consumpsit: nec umquam, ut ait Livius, maiore incendio vastata est; adeo ut post aliquot annos Caesar Augustus ad reparationem eorum, quae tunc exusta erant, magnam vim pecuniae ex aerario publico largitus sit. *Oros. VII*, 2.

32) Caesar Rubicone flumine transmeato, mox ut Ariminum venit, quinque cohortes, quas tunc solas habebat, cum quibus, ut ait Livius, orbem terrarum adortus est, quid facto opus esset, edocuit. *Oros. VI*, 15. *Cf. Freinshem. Supplem. cap.* 39.

* *Ex lib. CXI.*

33) Primus hostem percussit nuper pilo sumpto primo C. Crastinus. *Scholiast. vet. Lucani ad Phars. VII*, 471.

34) Ἐν δὲ Παταβίῳ Γάϊος Κορνήλιος, ἀνὴρ εὐδόκιμος ἐπὶ μαντικῇ, Λιβίου τοῦ συγγραφέως πολίτης καὶ γνώριμος, ἐτύγχανεν ἐπ' οἰωνοῖς καθήμενος ἐκείνην τὴν ἡμέραν. Καὶ πρῶτον μέν, ὡς Λίβιός φησι, τὸν καιρὸν ἔγνω τῆς μάχης, καὶ πρὸς τοὺς παρόντας εἶπεν, ὅτι καὶ δὴ περαίνεται τὸ χρῆμα, καὶ συνίασιν εἰς ἔργον οἱ ἄνδρες. Λύθις δὲ πρὸς τῇ θέᾳ γενόμενος, καὶ τὰ σημεῖα κατιδὼν ἀνήλατο μετ' ἐνθουσιασμοῦ βοῶν, „Νικᾷς, φ

Καῖσαρ.“ Ἐκπλαγέντων δὲ τῶν παρατυχόντων περιελὼν τον στέφανον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐνωμότως ἔφη, μὴ πρὶν ἐπιθήσεσθαι πάλιν, ἢ τῇ τέχνῃ μαρτυρῆσαι τὸ ἔργον. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Λίβιος οὕτω γενέσθαι καταβεβαιοῦται. Plutarch. Caes. cap. 47. Cf. Freinshem. Supplem. c. 72.

* *Ex lib. CXII.*

35) Interea, sicut dixit Livius, oppressus est Tubero et Pansa: fugerunt ad Pompeium, cum quaererentur. inter has moras supervenit Curio ad Africam. *Scholiasta Gronov. in Orat. pro Lig. ed. Orelli p.* 415.

36) Bogud, Bogudis, nomen barbarum, quod Livius in CXII. declinavit Bogudis. *Priscian. lib. V. p.* 643. *ed. Putsch. Vol. I. p.* 172. *ed. Krehl. coll. lib. VI. p.* 686. *ed. Putsch. Vol. I. p.* 234. *ed. Krehl.*

37) Castra quoque diversis partibus Cassius et Bogud adorti haud multum abfuere, quin opera perrumperent.

38) Quo tempore firmandi regni Bogudis causa exercitum in Africam velociter traicere conatus sit.

39) Cassius gessisset cum Trebonio bellum, si Bogudem trahere in societatem furoris potuisset. *Priscian. lib. VI. p.* 686. *sq. ed. Putsch. Vol. I. p.* 234. *ed. Krehl.*

40) Legati, quos rex miserat, duo fuerunt, quorum unus erat Dioscorides et alter Serapio. ex his unus occisus est, ut Titus Livius meminit libro quarto (belli civilis). *Scholiasta vet. Lucani ad Phars. lib. X,* 471.

41) Arsinoe soror Ptolemaei fuit: hanc Ganymedes quidam spado puellae acceptissimus in castra Achillae perduxit, cuius iussu Achilles occisus est et exercitui praepositus Ganymedes. Hunc postea Caesar victis Aegyptiis in triumpho duxit, ut meminit Livius in libro quarto belli civilis. *Ib. X,* 521. *cf.* v. 519.

42) Quadringenta millia librorum Alexandriae arserunt, pulcherrimum regiae opulentiae monumentum. alius laudaverit, sicut Livius, qui elegantiae regum curaeque egregium id opus ait fuisse. *Seneca de Tranquill. anim. cap.* 9. *Cf. Freinshem. Supplem. cap.* 43.

Ex lib. CXIII.

43) Et ipse circa Palpud oram tuebatur. *Priscian. lib. VI. p.* 687. *ed. Putsch. Vol. I. p.* 234. *ed. Krehl.*

* *Ex lib. CXIV.*

44) *Ὧδε μέν τισι περὶ τοῦ Βάσσου δοκεῖ, Λιβίῳ δ', ὅτι τῆς Πομπηΐου στρατιᾶς γενόμενος, καὶ μετὰ τὴν ἧτταν ἰδιωτεύων ἐν Τύρῳ διέφθειρέ τινας τοῦ τέλους, καὶ διεχρήσαντο τὸν Σεξτον, καὶ τῷ Βάσσῳ σφᾶς ἐνεχείρισαν. Appian. Bell. Civ. III,* 77. *Cf. Freinshem. Supplem. c.* 1.

45) Optarem mihi contingere, quod T. Livius scribit de Catone: cuius gloriae neque profuit quisquam laudando, nec vituperando quisquam nocuit, quum utrumque summis praediti fecerint inge-

nilis. Significat autem M. Ciceronem et C. Caesarem, quorum alter laudes, alter vituperationes supra dicti scripsit viri. *Hieronym. Prol. lib. II. in Hoseam.*

* *Ex lib. CXVI.*

46) Ἦν γάρ τι τῇ Καισαρος οἰκίᾳ προσκείμενον, οἷον ἐπὶ κόσμῳ καὶ σεμνότητι τῆς βουλῆς ψηφισαμένης ἀκρωτήριον, ὡς Λίβιος ἱστορεῖ. Τοῦτο ὄναρ ἡ Καλπουρνία θεασαμένη καταῤῥηγνύμενον ἔδοξε ποτνιᾶσθαι καὶ δακρύειν· ἡμέρας δ' οὖν γενομένης ἐδεῖτο τοῦ Καίσαρος, εἰ μὲν οἷόν τε, μὴ προελθεῖν, ἀλλ' ἀναβαλέσθαι τὴν σύγκλητον. *Plutarch. Caes. cap.* 63. *Cf. Freinshem. Supplem. c.* 47.

47) Malum omen est, quotiens Aetna, mons Siciliae, non fumum, sed flammarum egerit globos: et, ut dicit Livius, tanta flamma ante mortem Caesaris ex Aetna monte defluxit, ut non tantum vicinae urbes, sed etiam Regina civitas, quae multo spatio ab ea distat, adflaretur. *Serv. ad Virgil. Georg. I,* 471.

48) Quod de Caesare maiore vulgo dictitatum est, et a T. Livio positum, in incerto esse utrum illum magis nasci reipublicae profuerit, an non nasci, dici etiam de ventis potest. *Seneca Nat. Quaest. V,* 18. *Cf. Freinshem. Supplem. cap.* 116.

Ex lib. CXVIII.

49) Adversus interfectores C. Caesaris ultoribus manum comparans concibat. *Priscian. lib. IX. p.* 865. *ed. Putsch. Vol. I. p.* 458. *ed. Krehl.*

* *Ex lib. CXX.*

50) M. Cicero sub adventum triumvirorum cesserat urbe, pro certo habens, id quod erat, non magis Antonio eripi se, quam Caesari Cassium et Brutum, posse. primo in Tusculanum fugit, inde transversis itineribus in Formianum, ut ab Caieta navim conscensurus, proficiscitur. unde aliquotiens in altum provectum cum modo venti adversi retulissent, modo ipse iactationem navis, caeco volvente fluctu, pati non posset, taedium tandem eum et fugae et vitae cepit: regressusque ad superiorem villam, quae paulo plus mille passibus a mari abest, *Moriar*, inquit, *in patria saepe servata.* satis constat servos fortiter fideliterque paratos fuisse ad dimicandum; ipsum deponi lecticam, et quietos pati, quod sors iniqua cogeret, iussisse. prominenti ex lectica praebentique immotam cervicem caput praecisum est. nec satis stolidae crudelitati militum fuit. manus quoque, scripsisse in Antonium aliquid exprobrantes, praeciderunt. ita relatum caput ad Antonium, iussuque eius inter duas manus in Rostris positum; ubi ille consul, ubi saepe consularis, ubi eo ipso anno adversus Antonium, quanta nulla umquam humana vox, cum admiratione eloquentiae auditus fuerat. vix attollentes prae lacrimis oculos homines intueri trucidata membra eius poterant. vixit tres et sexaginta annos, ut, si vis abfuisset, ne immatura quidem mors videri possit: ingenium et operibus et

praemiis operum felix: ipse fortunae diu prosperae, et in longo tenore felicitatis magnis interim ictus vulneribus, exsilio, ruina partium, pro quibus steterat, filiae morte, exitu tam tristi atque acerbo, omnium adversorum nihil, ut viro dignum erat, tulit praeter mortem: quae vere aestimanti minus indigna videri potuit, quod a victore inimico nil crudelius passus erat, quam quod eiusdem fortunae compos ipse fecisset. si quis tamen virtutibus vitia pensarit, vir magnus, acer, memorabilis fuit, et in cuius laudes persequendas Cicerone laudatore opus fuerit. *M. Seneca Suasor. VII. Cf. Freinshem. Supplem. cap.* 60. *sqq.*

Ex lib. CXXVII.

51) Quoniam inter Augustum et Antonium reliquiae adhuc erant dissensionis, Cocceius Nerva, proavus Nervae, qui postea imperavit Romae, mandavit Augusto, ut mitteret, qui de summa rerum tractarent. ergo missus est Maecenas cum Agrippa, qui utrumque exercitum in una castra coegerunt, ut ait Livius lib. CXXVII. intelligendum autem, quod Fonteio misso ab Antonio Augustus Maecenatem et ceteros ad eundem locum emiserit. *Acro ad Horat. Sat. I,* 5, 29.

52) Dissensione orta inter Caesarem Augustum Antoniumque Cocceius Nerva, avus eius, qui postea Romae imperavit, petiit a Caesare, ut aliquem, qui de summa rerum tractaret, mitteret Tarracinam. Et primum Maecenas, mox et Agrippa congressi sunt, hique pepigerunt fidem confirmatissimam, et in una castra conferri signa utriusque exercitus iusserunt. Hoc et T. Livius lib. CXXVII. refert, excepta Capitonis mentione. *Porphyrio ad Horat. Sat. I,* 5, 29.

53) Ab Antonio missus fuerat Fonteius Capito legatus, ab Augusto Maecenas intercedente Cocceio Nerva, proavo Nervae imperatoris, qui et Augusto et Antonio gratus erat, cum Agrippa. ea autem condicione convenerant legati, ut de summa rerum tractarent, exortamque dissensionem inter duos hos imperatores componerent; quod et fecerunt, et utrumque exercitum iuxta Brundisium in una castra cum magna laetitia coegerunt, ut infert Livius lib. CXXVII. *Commentator Cruquii ad Horat. Sat. I,* 5, 29. *Cf. Freinshem. Supplem. cap.* 20. *sqq.*

* *Ex lib. CXXXIII.*

54) Livius refert Cleopatram, quum ab Augusto capta indulgentius de industria tractaretur, dicere solitam: *Non triumphabor. Commentator Cruquii ad Horat. Od. I,* 37, 30.

* *Ex lib. CXXXV.*

55) Caesar Augustus in spectaculis [Romano] populo nuntiat, regressus a Britannia insula, totum orbem terrarum tam bello quam amicitiis Romano imperio [pacis abundantia] subditum. *Apponius in Canticum Canticorum XII p.* 237. *cf. Schneidewini Dispusat. insertam Actis philologorum. Cassellis* 1844 *p.* 40 *sqq.*

Ex lib. CXXXVI.

56) Eodem anno ludos saeculares Caesar ingenti apparatu fecit,

quos centesimo quoque anno — is enim terminus saeculi — fieri mos. *Censorin. de Die Nat. cap.* 17. *Cf. Freinshem. Supplem. cap.* 46.

57) Vir ingenii magni magis, quam boni. *Seneca de Ira, I,* 16.

58) Profiteor mirari me T. Livium, auctorem celeberrimum, in Historiarum suarum, quas repetit ab origine urbis, quodam volumine sic exorsum: Satis iam sibi gloriae quaesitum, et potuisse se desinere, ni animus inquies pasceretur opere. *Plinius in Praefat. lib. I. Hist. Nat.*

59) T. Livius ac Nepos Cornelius latitudinis (freti Gaditani) tradiderunt, ubi minus, septem millia passuum; ubi vero plurimum, decem millia. *Plinius in Praefat. lib. III. Hist. Nat.*

60) Completis consulibus. *Serv. ad Virgil. Georg. III,* 1.

61) Verba sunt, ut habemus in Livio, imperatoris transfugam recipientis in fidem: *Quisquis es, noster eris. Serv. ad Virgil. Aen. II,* 148.

62) Imperatorem me mater mea, non bellatorem peperit. *Hoc Scipionis dictum ex Livio afferre videtur Guilielmus Malmesburiensis Rer. Angl. lib. II. p.* 162.

63) Dic mihi, quum saepe numero in Romanis historiis legatur, Livio auctore, saepissime in hac urbe exorta pestilentia infinita hominum millia deperiisse, atque eo frequenter ventum, ut vix esset, unde illis bellicosis temporibus exercitus potuisset ascribi, illo tempore deo tuo Februario minime litabatur? an etiam cultus hic omnino nihil proderat? illo tempore Lupercalia non celebrabantur? nec enim dicturus es, haec sacra adhuc illo tempore non coepisse, quae ante Romulum ab Euandro in Italiam perhibentur illata. Lupercalia autem propter quid instituta sint, (quantum ad ipsius superstitionis commenta respectant) Livius secunda decade loquitur: nec propter morbos inhibendos instituta commemorat, sed propter sterilitatem mulierum, quae tunc acciderat, exsolvendam. *Ex Gelasii Papae Epist. adversus Andromachum in Baronii Annal. eccles. ad a.* 496. *num.* 35.

64) Secundum Livium legati pacis caduceatores dicuntur. *Serv. ad Virgil. Aen. IV,* 241.

65) Livius argentum grave dicit, id est, massas. *Serv. ad Virgil. Aen. VI,* 862. *Cf. Isidor. XVI,* 17.

66) In hoc summo (promontorio Circaeo) oppidum fuit, quod et Circaeum dictum et Circaei. Nam utrumque Livius dixit. *Serv. ad Virgil. Aen. VII,* 10.

67) Impubes libripens esse non potest, neque antestari. *Priscian. lib. VIII Gramm. p.* 792 *ed. Putsch. Vol. I, p.* 369. *ed. Krehl.*

68) Scimus concessum esse scribentibus, ut iteratione prooemii legentium reficiant interdum laborem. nam et Livius frequenter innovat principia, ut incensa a Gallis urbe, et completis consulibus. *Serv. ad Virg. Georg. in.*

69) Titus Livius: Pisi adtacematico foro praestatur virtuti laus, gelu sed multo ocius senio tabescit. *Non. Marc. de indiscret. generibus per literas p.* 207 *ed. Merc. p.* 141 *ed. Gerlach.*

70) Titus Livius: vestis pulla, purpurea, ampla. *Non. Marc. IV. de varia signif. serm. ed. Merc. p.* 368; *ed. Gerlach. p.* 251.

71) Vepres generis feminini, ut Titus Livius: has vepres. *Grammatici incerti de generibus nominum opusculum. ed. Otto p.* 57. *Cf. Ovid. Halieut. ed. Haupt. p.* 102.

72) .... verae .... specta .... lli in ... rat dein ... ita con ... quorum ... dae et .... tae ro ... e tum ... t cupi ... oritu ..... Publiusque Lentulus Marcell*inus* eodem auctore quaes*tor* in novam provinci*am* Curenas missus est, q*uod* ea mortui regis Api*onis* testamento nobis d*ata* prudentiore quam *illas* per gentis et minus *glo*riae avidi imperio co*m*ponenda fuit. praetere*a di*versorum ordinum..... is saevitia. qua re fati*g*ata plebes, forte consu*les* ambo, Q. Metellum, cui *pos*tea Cretico cognome*n fu*it vel candidatum *pr*aetorium sacra via de *t*ectis cum magno tu*m*ultu invadit, fugiente*s*que secuta ad Octavi do*m*um, quae propior erat, ... perve*nit* .... pauc .... ulter .... cupit e .... ua lin .... inco ... ieru*nt* ... mihi ... tiae c ..... a eq .... bi pa .... Cf. *Ueber ein Bruchstück des* 98*sten Buchs des Livius von G. A. Pertz Berlin* 1848. *Kreyssigii commentatio de P. Livii historiarum reliquiis ex palimpsesto Toletano erutis Misenae* 1849; *Huschkii disputatio de hoc fragmento, Zeitschrift für Rechtswissenschaft, herausgegeben von Savigny, Eichhorn, Rudorff. vol. XV p.* 273 *sqq: Mommsenii, Bericht über die Verhandlungen der königlich sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften. Philologisch-historische Classe* 1850. *III. p.* 196.

73) T. Livius tam iniquus Salustio fuit, ut hanc ipsam sententiam: *Res secundae mire sunt vitiis obtentui,* tamquam translatam et tanquam corruptam dum transfertur, obiceret Salustio. nec hoc amore Thucydidis facit, ut illum praeferat. laudat, quem non timet, et facilius putat posse a se Salustium vinci, si ante a Thucydide vincatur. *Seneca Controv. XXIV.*

74) T. Livius de oratoribus, qui verba antiqua et sordida consectantur, et orationis obscuritatem severitatem putant, aiebat, Miltiadem rhetorem eleganter dixisse: *Ἐπὶ τῷ πλησίον μαίνονται. Seneca Controv. XXV.*

75) In hoc malum a quibusdam etiam laboratur: neque id novum vitium est, quum iam apud T. Livium inveniam fuisse praeceptorem aliquem, qui discipulos *obscurare,* quae dicerent, iuberet, Graeco verbo utens, *σκότισον.* unde illa scilicet egregia laudatio: *Tanto melior: ne ego quidem intellexi. Quinctil. Inst. Orat. VIII,* 2, 18.

76) Fuit igitur brevitas illa tutissima, quae apud Livium in epistola ad filium scripta, *legendos Demosthenem atque Ciceronem: tum ita, ut quisque esset Demostheni et Ciceroni simillimus. Quintil. Inst. Orat.* X 1, 39. *coll.* 5, 20.

INDEX
IN
TITI LIVII
AB URBE CONDITA LIBROS
QUI SUPERSUNT.

A.

Abaci cum aliis luxus instrumentis primum Romam advecti 39, 6.
Abbassium, oppidum 38, 15.
Abdera, oppidum 45, 29.
Abderitae, queruntur apud senatum de crudelitate Hortensii, et in integrum restituuntur 43, 6. Abderitarum ager 39, 41.
Abelux, nobilis Sagunti Hispanus, obsides Hispanorum Sagunto eductos tradit Romanis 22, 22.
Aborigines iunguntur foedere Troianis 1, 1. petuntur bello, ducemque Latinum amittunt 1, 2.
Abrupolis regno expellitur a Perseo 42, 13. 40.
L. Aburius, legatus ad Masinissam et Carthaginienses 42, 35.
M. Aburius, tribunus plebis, moram affert M. Fulvio triumphum petenti 39, 4. praetor 41, 18. iurisdictionem inter peregrinos sortitur 41, 19.
Abydus, Hellesponti urbs 32, 33. 33, 30. 38. oppugnata a Philippo 31, 14. 16. eique dedita oppugnatur et relinquitur a Romanis 37, 9. 12. Abydeni non admittunt legatos Philippi 31, 16.
Academia, gymnasium Athenis 31, 24.
Acanthus, urbs, vi capitur, ac diripitur 31, 45.
Acaridos Come, vicus 38, 15.
Acarnanes diremti ab Aetolis 26, 24. ab Aetolis victi Philippum adversus eos arcessunt 26, 25. coniurant, se, nisi victores, ex acie non redituros, *ibid.* foederi cum Romanis inito, ab Philippo, Macedoniae rege, adscribuntur 29, 12. ob duos iuvenes, religionis imprudentes, ab Atheniensibus interfectos, Atticam depopulantur auxilio Macedonum 31, 14. eorum concilium Leucadem indicitur 33, 16. respuunt societatem Rom. *ibid.* in deditionem pop. Rom. veniunt 33, 17. a Romanis aversi 36, 11. tentantur ab Antiocho, *ibid.* Acarnanum factiones 43, 19. eorum concilio Leucas eximitur 45, 31.
Acarnania 26, 24. 36. eius situs 33, 17.
Acarnanum portus 28, 7.
Accensi milites 1, 43. 8, 8.
Accius s. Attus Navius, augur cotem novacula discidit, 1, 36.
Acerrae direptae et incensae a Poenis 23, 17. restituuntur 27, 3.
Acerranis civitas sine suffragio data 8, 17.
Achaia 25, 15. 31, 26.
Achaei auxilium impetrant a Philippo contra Machanidam et Aetolos 27, 29. Philippo ad Dymas occurrunt 27 31. cum Aetolis Eleisque ad Messenen prospere pugnant 27 32. eorum concilium Aegii 28, 7. et Argis, ubi de bello consultant adversus Nabin 31, 25. Achaei pepigerunt, se quotannis iuraturos in verba Philippi 32. 5. iis quaedam urbes redduntur, *ibid.* eos a societate Philippi avertere conatur T. Quinctius cos. 32, 19. expellunt Cycliadam, *ibid.* cum Attalo et Rhodiis adversus Philippum societatem iungunt 28. post longam et ancipitem deliberationem Romanis se adiungunt 20 *et seqq.* proelio fundunt Androsthenem 33, 14. omnem eorum oram vastant copiae Philippi, *ibid.* iis suae redduntur urbes 33, 34. et Acrocorinthus traditur 34, 50. bellum adversus Nabin decernunt 35, 25. eos tentat Antiochus 35, 47. obsident Messenen in Peloponneso 36, 31. tradunt Zacynthum Romanis 36, 32. depopulantur oram maritimam Aetolorum 37, 4. mittunt auxilium Attalo Pergami obsesso 37, 20. Seleucum ex agro Pergameno castra movere cogunt 37, 21 decernunt bellum in Lacedaemonios 38, 32. eosque Achaico concilio contribuunt 38, 34. eos sibi reconciliare studet Perseus 41, 27. 28. Achaei funditores 38. 29. Achaei Phthiotae liberi esse iubentur 33, 32. *vid.* et 36. 15. Achaeorum portus 37, 9.
Acharrae, oppidum 32, 13.
Acheron, fluvius 8, 24.
Acherusia aqua, 8, 24.
Achivi 1, 1.
Achradina 24, 21. 25, 24. circumsidetur a Marcello 25, 26. deditur Romanis 25, 31.
Acies Romanae descriptio 8, 8. eius cum phalange Macedonica collatio 9, 19. acies quomodo structa ap. Romanos et Latinos 8, 8. 21, 55. 22. 45. 27, 14. 30, 8. 33. 33, 8. 37, 59. 42, 58. 44, 40. Antiochi 37, 40. Hasdrubalis 23, 29. 27, 48. Gallorum 38, 26. Hannibalis 21, 55. 22, 4. 46. 30, 33 et 25. Hispanorum 29, 2. Macedonum 33, 18. Persei 42, 58. 44, 40. Punica 21, 55. 23, 29. 29, 14. 30, 8. 33. Rhodiorum 33, 18.
Aciliani libri Graeci 35, 14. in Latinum versi a Claudio 25, 39.
C. Acilius, tribunus plebis 32, 29.
L. Acilius 40, 31.
M'. Acilius legatus ad Ptolemaeum 27, 4. in sententiam eius senatusconsultum fit 27, 25.
M'. Acilius Glabrio, tribunus plebis, 30, 40 decemvir sacrorum 31, 50. aedilis plebis 33, 25. praetor 33, 24. sortitur iurisdictionem inter cives et peregrinos 33, 26. servos vincit in Etruria 33, 36. ambit consulatum 35, 10. consul creatur 35, 24. sortitus Graeciam, [illegible]

gnos Iovi vovet 86, 1. 2. paludatus urbe egreditur 3. in Thessalia capit Limnaeam et Pellinaeum, urbes 14. proficiscitur ad Thermopylas 16. eius ad milites oratio 17. instruit aciem 19. caedit Antiochum 19. expugnat Heracleam 22. 23. 24. ab eo pacem petunt Aetoli 27. 28. obsidet Naupactum, et Herculi sacrificium facit 30. corona cingit Lamiam 37, 4. triumphat de Antiocho et Aetolis 46. petit censuram, sed, accusatus a duobus tribunis, petitione desistit 57. duumvir Pietatis aedem dedicat 40, 34.

Q. Acilius, triumvir coloniae deducendae 21, 25.

Acrae 24, 36.

Acraeae Iunonis promontorium 32, 23.

Acraephia, oppidum 33, 29.

Acraeus Iupiter 38, 2.

Acriae, oppidum Laconiae 35, 27.

Acrillae, urbs 24, 35.

Acrocorinthus 33, 31. 34, 40. 50.

Actiaeum bellum 1, 19.

Actium, Acarnaniae portus 44, 1.

M. Acutius, tribunus plebis 5, 10.

Acuca oppidum 24, 20.

Acylla oppidum 33, 48.

Adaeus, Macedo a Beroea 43, 21.

Addicti in vinculis a patriciis habiti 6, 34. sqq.

Adherbalis cum Laelio navalis pugna et fuga 28, 30.

Adolescentes Rom. coniurant de regibus revocandis 2, 3. in vincula conlecti dant poenas 4, 5. anno XVII allecti in militiam 22, 57.

Adoreus, mons 38, 18.

Adramyttium, urbs 37, 19.

Adria 24, 10. Tuscorum colonia 5, 33.

Adriani 34, 45. ob servatam fidem a Romanis laudantur 27, 10.

Adrianus ager 22, 9.

Adriaticum mare 5, 33. 10, 6. 40, 21. 44, 31. 45, 14.

Adriaticus sinus 1, 1. 10, 2.

Adsertor 3, 44. 46. 47.

Adulterii poena pecuniaria 10, 31.

Advocati 3, 44. 47. 42, 33.

Aebura, oppidum 40, 30.

Aebutia, anus honesta ex Aventino 39, 11.

L. Aebutius cos. moritur 3. 6.

M. Aebutius, tribunus militum secundae legionis 41, 5.

M. Aebutius Elva, triumvir creatus ad coloniam Ardeam deducendam 14, 11. creatur praetor 44, 17. sortitur Siciliam, *ibid.*

Postumus Aebutius Cornicen, cos. 4, 11.

Postumus Aebutius Elva, magister equitum 4, 21.

P. Aebutius 39, 9. eum pupillum Bacchis initiari vult mater, *ibid.* rem aperit consuli 11. ei praemia dantur a senatu ob detecta Bacchanalia 19.

T. Aebutius cos. et magister equitum 2, 19.

T. Aebutius Carus, triumvir 39, 55. praetor 41, 2. de tumultu Sardiniae senatui scribit 10. decemvir agris dividundis 42, 4.

Aecae, urbs Appulorum 23, 1. oppugnatae 24. 20.

cedaemoniorum 39, 33. Latinorum 6, 5. Laurentium pulsantur a propinquis Tatii 1, 14. Locrensium, obsiti squalore et sordibus, ramos oleae, velamenta supplicum, porrigentes, queruntur de Pleminio 29, 16. Macedones deducti extra urbem in villam publicam, ibique iis locus et lautia praebita 33, 24. Masinissae a Romanis donantur 30, 17. Nabidis 34, 42. Neapolitani aurum offerunt Romanis 22, 32. Pamphylii coronam auream in curiam inferunt 44, 14. Persei iubentur excedere Italia 42, 36. Philippi ad Hannibalem 23, 33. 34 et 39. ad Aetolos 31, 28. ad Romanos 32, 37. 33, 24. pollicentur Romanis pecuniam et frumentum 36, 4. coronam auream centum pondo in aede Iovis O. M. ponunt, *ibid.* Pisanorum 45, 13. Poenorum ad Philippum, capti mittuntur Romam 23, 34. Poenorum et Masinissae, Romae de agro disceptantium 34, 62. Privernates 8, 21. Prusiae, Romam missi 41, 14. Ptolemaei 31, 9. iis in singulos munera quinûm millium aeris ex senatusconsulto missa, *ibid.* Ptolemaei et Cleopatrae, gratulantes, quod M'. Acilius Antiochum Graecia expulerit 37, 3. Rhodiorum ad Antiochum 33, 20. ad Romanos, querentium de Sinopensium clade 40, 2. ad Romanos 44, 14. horum superba oratio, *ibid.* alii legati 45, 20. miserabili oratione deprecantur iram Romanorum 22. Romani ad Coriolanum de pace missi 2, 39. Athenas, qui Solonis leges describerent 3, 31. iussu Tolumnii a Fidenatibus interfecti 4, 17. Veios, et superbum Veientium responsum 4, 58. Delphos, consulturi oraculum 5, 15. Apollini craterem auream ferunt 28, *cf.* et 28, 45. ad Gallos, eorumque cum Gallis colloquium 5, 35 et 36. ad Samnites 7, 31. 8, 23. decem Aesculapium ab Epidauro Romam arcessunt 33, 24. 31, 37, 55. in Hispaniam ad Hannibalem, non admittuntur 21, 6 et 9. Carthaginem missi 18. iis superbe respondent Carthaginienses, *ibid.* ridentur a Gallis 20. in varia loca missi 22, 33. male excipiuntur ab Hieronymo Syracusanorum rege 24, 6. violantur a Carthaginiensibus 30, 25. ad Ptolemaeum 31, 2. ad Masinissam 11. decem ad constituendas res Graeciae 33, 24 et 31. Asiae 37, 55. *cf.* et 45, 17. ad Antiochum et Philippum 33, 35 et 39. ad Magnetes oratio 35, 31. in Graeciam 39, 33. 42, 37. in Macedoniam 41, 27. Saguntini gratias agunt senatui 28, 39. adducunt quosdam Carthaginienses cum pecunia, qui ad conducenda auxilia in Hispaniam traiecerant 30, 21. Samnites, Romam missi de pace 8, 1. ad Hannibalem 23, 42. Sardorum Romam 41, 10 et 12. Syphacis, donati ab senatu Rom. 27, 4. 30, 17. Syracusani 22, 37. ad Marcellum 25, 29. Tarentini ad Hannibalem 24, 13. Tarquiniorum exsulum 2, 3 et 4. Thracum, petentes amicitiam et societatem Rom. 42, 19. Verminae Romam 31, 11. legati repetunt bona regum 2, 3. in senatum introducti per consules 3, 4. 32, 8. iure gentium sacrosancti 2, 4. 4, 17. 5, 4. 8, 5. 21, 25. licet viderentur commisisse, ut hostium loco essent, in iis tamen ius gentium valet, 2, 4. *cf.* 25, 7. contemtui habiti 3, 25. interfecti 4, 17 et 32. contra ius gentium arma capiunt 5, 36. consulunt oraculum 5, 15. male excepti a Samnitibus 7, 31. 8, 23. decem more maiorum creati, ex quorum consilio res provinciarum componitae 33, 24. 31, 44. 37, 55. 45, 17. 27. 29. si repente aliquo mitterentur, singula per oppida, qua faciendum iter, iumenta imperant 42, 1. legatis caesis publice in Rostris statuae positae 4, 17. munera data 9, 43. 27, 4. 28, 39. 30, 17. 31, 9. 37, 3. 42, 6 et 19. 43, 7 et 8. 44, 14. 45, 13. aedes liberae hospitio datae, sumtusque decretus 42, 6. legatis hostium in aede Bellonae senatus datus 30, 21. 33, 24. legati imperatorum 2, 20. 10, 40 et 43. victoriae nuntii 40, 28. lictores habebant 29, 9. 37, 49.

Legationis ius externis, non civibus, comparatum 6, 17.

Legio quot militum, 6, 22. 7, 25. 8, 8. 26, 28. 29, 24. 43, 14. prima, secunda, tertia 10, 18. 22, 53. 33, 36. 34, 46. quarta 10, 18. 26, 48. 34, 46. quinta 39, 30. octava, *ibid.* undecima 30, 18. duodecima, magna ex parte caesa, *ibid.* tertia decima, *ibid.* undevicesima 27, 38. vicesima 27, 14 et 38. tota, millia hominum quatuor, Romae in foro securi percussa 28, 28. a Gallis Senonibus deleta, ut ne nuntius cladis superfuerit 10, 26. Brutia 8, 24. Cannensis 29, 24. Caudinae 9, 12. Etruscorum 10, 5. Faliscorum 4, 17. Latinorum 43, 14. linteata Samnitium 10, 38. Sabina 1, 37. 2, 26. Lucana 8, 24. Samnitium 7, 32. 8, 38. 9, 2. legiones urbanae 6, 9. 24, 44. 25, 3. 26, 28. 27, 8. legiones quatuor vulgo scribebantur 8, 8. decem effectae 2, 30. 7, 25. legiones duodeviginti 24, 11. una et viginti 26, 28. 27, 22. tres et viginti 26, 1. 27, 36. viginti 30, 2. legiones tumultuariae 40, 26. legio Tusculana 3, 18. Etruscae 4, 18. 5, 35. Hannibalis 22, 39. 36, 7. Gallorum 38, 17.

Legionarios veteranos conscribit Scipio 29, 1. legionariorum numerus auctus 42, 31. legionarii equites 35, 5.

Lembi 33, 19. biremes 24, 40. Issaici 32, 21. piratici 37, 27.

Lemnos, insula 28, 5.

P. Lentulus, legatus 33, 35.

Leon accusat Apollodorum, impellentem Athenienses ad defectionem 35, 50. *idem esse videtur ac*

Leon, Icesiae filius, legatus Atheniensis 38, 10.

Leon, locus 24, 39.

Leonides, Lacedaemonius, dux Persei 42, 51.

Leonnatus Eulyesta, praefectus agematis Macedonici 42, 51 et 59.

Leontini, in eorum urbe Hieronymus occiditur 24, 7. eo proficiscuntur Hippocrates et Epicydes 29. Leontinorum urbs a M. Marcello cos. capta 30.

Leonum et pantherarum venatio Romae 39, 22.

Leptis 30, 25. 34, 62.

Lergavonensium ager 22, 21.

Letus, mons 41, 22.

Leucadia, olim peninsula, postea insula, divisa ab Acarnania freto vadoso, quod perfossum manu est 33, 17.

Leucae, locus in Laconica 35, 27.

Leucas, caput Acarnaniae 32, 15. 33, 17. 36, 11. Leucadem indictum concilium Acarnanum 33, 16. eam oppugnat Flaminius 17. Leucadis situs, *ibid.* Leucas eximitur concilio Acarnanum 45, 31.

Leucate, promontorium 26, 26. 36, 15. 44, 1.

Leucaspis, phalanx 44, 41

Leves milites 8, 8. 30, 33.

Leusis, sive potius *Eleusis*, locus, quatuor millia ab Alexandria abest 45, 12.

Leusus Cretensis 38, 13.
Lex Acilia de quinque colonis maritimis 32, 29. Aelia Minucia de pace cum Poenis facienda 30, 43. Aelia de duabus colonis Latinis 34, 53. 35, 9. Aemilia de minuenda censura 4, 21, 9, 33. 34. lex (Alernia Tarpeia) de aestimatione multae 4, 30. Atilia de Campanis 26, 33. Atilia Marcia, ut tribuni seni deni in quattuor legiones a populo crearentur 9, 30. Baebia de quaternis praetoribus alternis annis creandis 40, 44. Canuleia de conubio patrum et plebis 4, 1. Cassia agraria 2, 41. *cf. agrariae leges.* Cincia de donis et muneribus 34, 4. lex de consule intra decem annos non reficiendo 10, 13. Claudia ne quis senator maritimam navem, quae plus quam trecentarum amphorarum esset, haberet 21, 63. lex curiata 5, 46. 9, 38. decem tabularum 3, 34. leges decemvirales, quibus tabulis duodecim nomen est, in aes incisae 3, 57. 7, 17. Lex Decia de duumviris navalibus 9, 30. lex de dictatore creando 2, 18. Duelliae leges de consulibus creandis cum provocatione, *et* ne quis plebem sine tribunis relinqueret 3, 54 et 55. Duellia Menenia de foenore 7, 16. Flavia de Tusculanis 8, 37. Genuciae ne fenerare liceret, *et* ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet 7, 42. Iciliae de Aventino 3, 52 *et* ne cui fraudi esset secessio 3, 54. lex de triumpho consulum sine auctoritate senatus habendo 8, 63. Licinia de ludis Apollinaribus 27, 23. lex (Licinia) de tribunis militum creandis 42, 31. Liciniae Sextiae, ut consulum comitia fierent utique alter ex plebe crearetur, *altera* de aere alieno, *tertia* de modo agrorum 6, 35. 7, 1. 22. 25. 8, 12. 10, 7. lex Licinia de decemviris 6, 37. 42. lex ne magistratus plebeii pateant patriciis 4, 25. Manlia de vicesima 7, 16. Marcia Atinia de pace Philippo danda 33, 25. Metelli de aequando dictatoris et magistri equitum iure 22, 25. Minucia de triumviris mensariis 23, 21. Ogulnia, ut quattuor augures quinque pontifices de plebe adlegerentur 10, 6—8. Oppia de cultu matronarum 34, 1—8. Papiria de civitate sine suffragio Acerranis danda 8, 17. de perduellione 1, 26. Poetilia de ambitu 7, 16. Porcia, ne quis eum qui provocasset virgis caederet 10, 9. Publilia, ut plebeii magistratus in comitiis tributis fierent 2, 56. Publiliae, ut plebiscita omnes Quirites tenerent, *altera*, ut legum, quae in comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres auctores fierunt, *tertia*, ut alter censor utique e plebe crearetur 8, 12. leges regiae 6, 1. 34, 6. leges sacratae 2, 33. 3, 22. 4, 26. 5, 11. 7, 41. 9, 39. 26, 38. 39, 5. Terentilia, ut quinque viri creentur legibus de imperio consulari scribendis 3, 9. 10. Trebonia, ut qui plebem Romanam tribunos pl. rogaret, is usque eo rogaret, dum decem tribunos pl. faceret 3, 65. 5, 10. leges Valeriae Horatiae de provocatione 2, 8. 3, 55. *et* ut tribuni, aediles, decemviri sacrosancti essent 3, 55. *et* ut quod tributim plebis iussisset populum teneret 3, 55. lex Valeria de provocatione 10, 9. Valeria, ut Formianis Fundanisque suffragii latio esset 38, 36. Villia annalis 40, 44. lex ne cui album in vestimentum addere liceret petitionis causa 4, 25. ne quis populum servocaret 7, 16. ne quis nisi qui noxam meruisset, dum poenam luerit, in compedibus teneatur 8, 28. ne quis patre, qui sella curuli sedisset, vivo tribunus pl. aut aedilis pl. esset 30, 19. Campanis suae leges datae 23, 5 leges Macedoniae dedit Aemilius Paulus 45, 32.
Liber vetus linteus Samnitium 10, 38. libri fatales 5, 14. 22, 9 et 57. 42, 2. lintei, repositi in aede Monetae 4, 7 et 20. magistratuum, *ibid.* Numae Pompilii septem Graeci, septem Latini, sub Ianiculo in duabus arcis lapideis inventi, comburuntur 40, 29. Sibyllini inspecti 3, 10. 5, 13. 7, 27. 21, 62. 29, 10. 41, 26. vaticini ex senatusconsulto ad praetorem delati 25, 1.
Liberi sequuntur patrem 4, 4.
Liberi Liberaeque aedes 3, 55. 41, 33. Libero Liberaeque signa aenea ex argento multaticio posita 33, 25.
Libertas populo Rom. reddita 2, 1.
Libertatis atrium 25, 7. in eo custoditi obsides Tarentinorum, *ibid.* reficitur 34, 44. *cf.* et 45, 15.
Liberti pilleum habebant 45, 44.
Libertini etiam in militiam centuriati 10, 21. 22, 11. in navalem militiam descripti 40, 18. 42, 27. libertini qui censi 45, 14. conficiuntur in Esquilinam tribum 15. libertinorum filii in senatum ab Ap. Claudio censore lecti 9, 46.
Libethrum, oppidum 44, 5.
Libitina vix sufficiens funeribus 40. 19. 41, 28.
Libui Galli 5, 35. 21, 38. 38, 37.
Liburni, gens fera 10, 2.
Libyphoenices 21, 22. 25, 40.
Licinius Macer, historiae Rom. scriptor 4. 7. 20 et 23. 7, 9. 10, 9.
A. Licinius Nerva, trib pl. 41, 10. legatus 42, 35. 44, 18. praetor 45. 44.
C. Licinius, trib. pl. 2, 33.
C. Licinius, trib. milit. consulari potestate 6, 31. primus magister equitum ex plebe dictus 39. *cf.* et 10, 8.
C. Licinius, legatus Carthaginem missus 21, 18.
C. Licinius, praefectus praesidii Rhizonis et Olcinii, urbium 45, 26.
C. Licinius Calvus, cos. 7, 9. *idem est qui*
C. Licinius Calvus Stolo, plebeius, minorem M. Fabii Ambusti filiam ducit 6, 34. creatur trib. pl. 35. leges adversus patriciorum opes promulgat, *ibid.* refectus trib. pl. non patitur creari curules magistratus, *ibid.* decimum trib. pl. refectus, suas leges perfert 42. creatur cos. 7, 2. iterum 9. sua ipsius lege damnatur 16. primus mag. equit. de plebe creatur 10, 8. *cf.* et 6, 39.
C. Licinius Crassus, praetor, sortitur iurisdictionem urbanam 42, 9 et 10. reficit classem 27. dextro cornu. in proelio adversus Persea, praepositus a fratre consule 58. creatur cos. et obtinet Italiam 44, 17. eius res gestae in Gallia 45, 12. ei prorogatur imperium 17. legatus in Macedoniam, *ibid.*
C. Licinius Lucullus, trib. triumvir epulo creatur, qui legem de creandis triumviris epulonibus tulerat 33, 42. triumvir aedi luventatis dedicandae 36, 36.
C. Licinius Nerva, legatus, nuntiat victoriam de Gentio 45, 3. praetor 14. sortitur Hispaniam ulteriorem 16. legatus reducit obsides in Thraciam 42.
L. Licinius, praetor 27, 8.
L. Licinius Lucullus, aedilis curulis 30, 39.
L. Licinius Pollio, legatus 27, 29.
Macer Licinius, antiquus auctor, citatus 7, 9. 10, 9.

M. Licinius, trib. mil. occiditur in proelio 27, 12.
M. Licinius Crassus non patitur per fundum suum aquam duci 40, 51.
M. Licinius Lucullus, praetor 39, 6. sortitur iurisdictionem inter peregrinos 8 et 18.
M. Licinius Strabo, trib. milit. fortissime dimicans, ab Istris interficitur 41, 6.
P. Licinius, censor 27, 34.
P. Licinius Calvus, primus ex plebe trib. milit. consulari potestate creatus 5, 12. iterum cum trib. milit. consulari potestate crearetur, orat, ut is, qui sibi deferebatur, honos filio suo mandetur 18. eius de praeda Veiorum sententia 20.
P. Licinius Crassus pontifex maximus creatur ante aedilitatem 25, 5. magister equitum 27, 5. censor 6. praetor 24. sortitur iurisdictionem peregrinam 22. cos. 28, 38. Bruttios provinciam extra sortem accipit 29, 1. gravi morbo afficitur, uti et eius exercitus 10. ei prorogatur imperium 13. copiis coniunctis cum consule, pugnat cum eo adversus Hannibalem 36. eius laudes 30, 1. negat ludos ex incerta pecunia voveri debere 31, 9. *cf.* et 34, 44. votum praeit consuli 36, 2. vetat, Q. Fabium Pictorem flaminem Quirinalem, qui tum praetor erat, ire in Sardiniam provinciam 37, 51. moritur 39, 46 funeris eius causa visceratio data, et gladiatores centum viginti pugnaverunt, *ibid.*
P. Licinius Crassus creatur praetor 41, 16. excusat se sacrificiis sollemnibus impediri, ne in provinciam Hispaniam citeriorem eat 19. fit cos. 42, 28. Macedoniam provinciam sortitur 32. proficiscitur 49. male pugnat adversus Persea 58 et 59. pacem petenti Perseo negat 62. altera eius pugna cum Perseo, meliore eventu 66. crudeliter ab eo avareque in Graecia bellatum 43, 4. legatus ad Gallos in Asiam 45, 34.
P. Licinius Nerva, fraude superat servos 32, 33. *cf.* et 36, 37.
P. Licinius Tegula carmen condit, quod ab ter novenis virginibus cani iussum 31, 12.
P. Licinius Varus, aedilis curulis 27, 6. creatur praetor 21. legem ad populum fert, ut ludi Apollinares certo die celebrarentur 23.
Sp. Licinius, trib. pl. suscipit rem militarem impediendam 2, 43.
Lictor Horatio laqueum iniicit 1, 26. deligat ad palum, *ibid.* et 6, 7. *cf.* et 26, 10. Sulpicii, tribuni milit. de foro domum se recipientis, forem virga percutit 6, 34. lictores a Romulo instituti duodecim 1, 8. quatuor et viginti apparent consulibus 2, 55. *cf.* et 9, 5. 11, 27, 27. decemvirorum centum et viginti forum implent 3, 36. praeeunt proficiscentibus ad bellum 10, 25. 41, 14. olim de plebe erant 2, 55. togati 3, 52. paludati 41, 10. 17, 45, 39. lictor proximus 24, 44.
Ligures, populus 5, 35. in Ligures legati missi ad expostulandum, quod Poenos opibus auxiliisque iuvissent 22, 33. eorum auxilia Hasdrubali parata 27, 39. iungunt se Magoni 28, 46. 29, 5. adversus Ligures varia Romanorum bella 32, 29 *et sqq.* 34, 56. 35, 3. 11. 21 et 40. Ligures, improviso castra Q. Minucii aggressi, funduntur 36, 38. omnes in deditionem veniunt 37, 2. circumveniunt et occidunt L. Baebium, praetorem 57. hostes perpetui populi Rom. et exercendo militi Rom. apprime utiles 39, 1. caeduntur a Romanis 32. castra L. Aemilii, proconsulis, oppugnant, et aegre ab eo vincuntur 40, 25 et 28. sese dedunt, et in Taurasinos publico sumtu traducuntur 38. alia Ligurum bella 41, 16. 18. 20 *et sqq.* Ligures Alpini 28, 46. 29, 5. Apuani 40, 41. Celelates. Cerdiciates 32, 29. Ilvates, *ibid.* Ingauni 40, 25. montani 40, 41. Statiellates vincuntur a M. Popillio, cos. 42, 7. se dedunt 8. venditos senatus iubet redimi, *ibid.* de Liguribus triumphi 40, 59. 41, 17. Ligustini populi 31, 10. 39, 21. Ligustini Ilvates 32, 31. Ligustini montes 34, 8. Ligustinum bellum 35, 4. scutum 44, 35.
Cn. Ligurius, trib. milit. cadit in pugna 33, 22.
Ligustinus ager viritim divisus 42, 4.
Sp. Ligustinus 42, 34. eius ad populum oratio, *ibid.*
Ligynae, urbs Thessaliae 32, 13.
Lilybaeum 25, 31. 27, 5. ad Lilybaeum pugna navalis 21, 50.
Limnaeum deditur M'. Acilio, cos. 36, 14.
Lingones cum Boiis pellunt Etruscos et Umbros agro 5, 35.
Lingos, mons 32, 13.
Linterni arenae 22, 16.
Lintribus utuntur pedites in traiiciendo Rhodano 21, 27.
Liparae insulae 21, 49.
Liparenses piratae 5, 28.
Liris fl. 10, 21. 26, 9 et 34.
Lisinae, urbs Thessaliae 32, 14.
Lissus, oppidum 44, 30.
Litabrum, oppidum in Hispania munitum et opulentum, vineis expugnat C. Flaminius 35, 22.
Litana, silva in Gallia Cisalpina 23, 24. in ea exercitum L. Postumii cos. delent Galli, *ibid.* ad eam octo millia Gallorum caesa 34, 22 et 42.
Litatio ac perlitatio in sacrificiis 41, 16.
Literae laureatae 5, 28. 45, 1.
Literas attulit in Latinum Euander 1, 7.
Liternum 23, 35. 38, 12. eo colonia deducta 32, 29. 34, 45. in Literninum secedit Scipio Africanus, ibique moritur 38, 52 et 53.
Liternus, fl. 32, 29.
Litubium, oppidum Ligurum, se dedit Romanis 32, 29.
Livius, poeta, ab saturis ausus primus argumento fabulam serere 7, 2. *cf.* et 27, 37.
C. Livius, pontifex creatur in M'. Pomponii Mathonis locum 26, 23. aedilis curulis 29, 38. praetor cum cognomine Salinatoria 30, 26. sortitur Bruttios 27. praeest equitibus alariis in pugna adversus Boios 35, 5. petit consulatum, sed repulsam patitur 10. moritur 43, 13.
C. Livius Salinator creatur praetor 35, 24. sortitur classem 36, 2. lustrat classem 42. Samen Zacynthumque populatus, pervenit Piraeeum, *ibid.* ei occurrit Eumenes cum tribus navibus, *ibid.* traiicit Delum, *ibid.* Deli retinetur adversis ventis 43. vincit classem Antiochi 44 et 45. Ilii sacrificat Minervae 37, 9. capit Sestom, *ibid.* oppugnat Abydum, *ibid.* obsidionem relinquit 12. tradit L. Aemilio Regillo classem 14. censet obstruendum esse exitum portus Ephesini, *ibid.* in Lyciam missus, fugat Lycios 16. legatus ad Prusiam, Bithyniae regem, missus, eundem revocat ad consilia pacis 25. creatur cos. 38, 35.
L. Livius, trib. pl. 9, 8.
L. Livius, praetor 45, 44.
M. Livius consul legatus Carthaginem missus 21, 18. octavo post damnationem anno reducitur a consulibus in urbem 27, 34. pro

cognato, M. Livio Macato, dicit in senatu, *ibid.* ad secundum consulatum paene invitus protrahitur, *ibid.* aegre se reconciliari patitur cum Nerone collega 35. irae plenus adhuc in cives, proficiscitur ad bellum 40. egregia eius victoria de Hasdrubale 46—49. triumphat 28, 9. dictator creatur 10. ei in annum prorogatum imperium, *ibid.* volonum exercitum in Galliam ex Etruria traducit 29, 5. ei prorogatur imperium 13. creatur censor 37. Salinatoris quare cognomen invenerit, *ibid.* pravum eius certamen cum collega Nerone, *ibid.* praeter tribum Maeciam, populum Rom. omnem, quatuor et triginta tribus, aerarios relinquit, *ibid. cf.* et 36, 36. 39, 3.

M. Livius Tarentum tuetur 24, 20. urbe capta ab Hannibale in arcem confugit 25, 10. arcem defendit 11 et 26, 39. de eo certamen in senatu 27, 25.

M. Livius Denter, cos. 10, 1. eo consule, Aequicum bellum redintegratum, *ibid.* creatur pontifex inter primos e plebe 9. praeit verba devotionis P. Decio 28. propraetor 29.

M. Livius Macatus 27, 34.

T. Livium quae causae ad res populi Rom. scribendas impulerint, *Praef.* quo tempore vixerit 4, 20. 28, 12. cur sequatur Polybium 33, 10.

Loca et lautia legatis decreta 28, 39. 30, 17. 33, 24. 35, 23. 42, 26. locorum divisio in spectaculis 1, 35. 34, 54. locis sanctitate insignibus etiam afflicta miracula 24, 3.

Locrenses 23. 30. 24, 1. 29, 9. Locrenses in Graecia restituti Aetolis 33, 34.

Locri. Apud eos fanum, in quo thesauri Proserpinae, quos diripit Pyrrhus 29, 18. deficiunt post Cannensem cladem ad Poenos 22, 61. *cf.* et 23, 30 et 24, 1. oppugnantur a Crispino 27, 25. recipiuntur a Scipione 29, 6. 7. qui iis Pleminium praefectum imponit 8. in eos impotenter saevit Pleminius, *ibid.* et 9. eorum querelae per legatos delatae ad senatum 16, 17. 18. libertas iis legesque suae restituuntur a senatu 21. *cf.* et 31, 12.

Locris in Graecia 26, 26. 28, 6.

Locustarum vis ingens, ita ut unde advenissent, parum constaret, circa Capuam omnem agrum complevit 30, 2 *cf.* et 42, 2. earum tantae nubes a mari vento in Apuliam illatae, ut examinibus suis late agros operirent 42, 10.

Longarus bellum cum Demetrio, Philippi Macedoniae regis patre, gessit 31, 28.

Longula, opp. 2, 33. a Coriolano Romanis adimitur 39. *cf.* et 9. 39.

Longuntica 22, 20.

Lonorius, regulus Gallorum, 38, 16.

Loracina, fluvius 43, 6.

Loretanus portus 30, 39.

Loryma, portus 37, 17. viginti paulo amplius millia ab Rhodo abest 45, 10.

Lua Mater 8, 1. ei arma caesorum Volscorum data a consule, *ibid.* ei dicata spolia hostium 45, 33.

Luca, urbs 21, 59. eo colonia deducta 41, 17.

Lucani pugnant cum Samnitibus adversus Alexandrum Epirensem 8, 17. recipiuntur a Romanis in fidem 19 et 25. deficiunt, fraude impulsi 27. in eorum regionem transeunt exercitus Rom. 9, 20. Lucanorum oratores petunt in amicitiam Rom. recipi 10. 11. foedus cum iis ictum 12. eorum seditio comprimitur 18. deficiunt ad Poenos 22, 61. Lucanorum aliquot ignobilia oppida expugnat Ti. Sempronius cos. 25, 1. dedunt se Romanis 27, 15. 28, 11. Lucanae legiones saepe fusae ab Alexandro Epirensi 8, 24. Lucani montes 9, 17. Lucanus exsul veruto transfigit Alexandrum Epirensem 8, 24.

Luceria, urbs 9, 2 et 12. 22, 9. 23, 37. 24, 3. in ea servati obsides Romanorum, ad Caudium dati Samnitibus 9, 12. obsessa et capta a Romanis 15. amissa, et recepta 26. colonia eo deducta, *ibid.* oppugnaturt a Samnitibus 10, 35.

Luceres, tribus antiqua 1, 13. 10, 6. equitum centuria 1, 13 et 36.

Lucerini 9, 2. ad Lucerinum finem pugnatum cum Samnitibus, duce Atilio cos. 10, 35. ob servatam fidem a Romanis laudantur 27, 10.

Lucretia, uxor Collatini 1, 57. stuprum ei per vim oblatum a Sex. Tarquinio 58. illa vocat patrem et virum, *ibid.* cultro se occidit, *ibid.*

C. Lucretius, duumvir navalis 40, 26.

L. Lucretius Gallus creatur praetor 42, 28. sortitur provinciam, quo senatus censuit 31. ei decernitur classis 35 et 48. aerbae eius iniurlae in Chalcidenses 43, 9. accusatur, et damnatur 10.

Hostius Lucretius Tricipitinus, cos. 4, 30.

L. Lucretius Flavus, cos. vincit Aequos acie 5, 29. trib. milit. cos. pot. 32. adversus Volsinienses profectus, eos vincit, *ibid.*

L. Lucretius Tricipitinus, cos. ingentem Volscorum multitudinem fundit 3, 8. cum ingenti praeda Romam redit, et de Volscis Aequisque triumphat 10.

L. Lucretius Tricipitinus, trib. mil. cos. pot. 6, 4. iterum 21. tertium 22.

L. Lucretius, quaestor, per insidias interceptus, traditur venienti in Ligures Hannibali 21, 59.

M. Lucretius, trib. pl. 27, 5.

M. Lucretius, trib. pl. 42, 19. a fratre praetore praemissus, naves a sociis ex foedere exigit 45.

P. Lucretius, cos. 2, 15.

P. Lucretius, praefectus urbis differt actiones tribunicias in adventum consulum 3, 21.

P. Lucretius Tricipitinus, trib. mil. cos. pot. 4, 44, iterum 47.

Sp. Lucretius, Lucretiae pater 1, 58. praefectus urbis a rege relictus 59. suffectus Bruto, non sufficientibus viribus ad consularia munera obeunda, intra paucos dies moritur 2, 8.

Sp. Lucretius, aedilis plebis, creatur praetor 28, 38. ei prorogatum imperium 29, 13. rursumque, ut Genuam oppidum, a Magone Poeno dirutum, exaedificaret 30, 1. mittitur legatus in Africam 31, 11.

Sp. Lucretius, praetor 42, 9. occupat castella super Tempe 44, 7.

T. Lucretius, cos. 2, 8. Etruscos caedit 11. iterum cos. 16.

Luctus triginta diebus finitus post Cannensem cladem 22, 56. in luctu purpura et aurum deponuntur 34, 7.

Lucumo, potens divitiis, commigrat Romam 1, 34. eius pater Demaratus, *ibid.* eius uxor Tanaquil, *ibid.* ei, carpento sedenti, aquila pileum aufert, et rursus capiti reponit, *ibid.* vocatur L. Tarquinius Priscus, *ibid. vid.* L. Tarq. Prisc.

Lucumo, iuvenis praepotens, corrumpit uxorem Aruntis Clusini 5, 23.

Lucus, quo se Numa, velut ad congressum Deae, sine arbitris conferebat, sacratus Camoenis 1, 21. lucus Dianae 27, 4. Ferentinae, ad quem concilia Latinorum populorum habita 1, 50 et 52. 7, 25. Feroniae 26, 11.

27, 4. Iunonis Laciniae 24, 3. Iunonis Sospitae 8, 14. Maricae 27, 37. Martis 41, 13. Petelinus 6, 20. 7, 41. Stimulae 39, 12. luci fanaque sacrosancta 35, 51.

Ludi a Romulo editi 1, 9. a Tarquinio Prisco, qui deinde sollemnes annui mansere, Romani, Magnique varie appellati 35. a praetoribus urbis 27, 23. ab aedilibus plebeiis et curulibus 6, 42. voti a dictatoribus 5, 19. 7, 11. a consulibus 31, 9. 36, 2. a variis imperatoribus 28, 45. 31, 49. 39, 22. 40, 44 et 45. religionis causa 39, 22. belli causa 22, 9 et 10. 27, 33. 30, 27. concordiae causa 4, 12. 6, 42. pestilentiae causa 7, 2. 27, 23. ludi Apollinares, eorumque origo 25, 12. eos populus coronatus spectavit, *ibid. cf.* et 26, 23. 27, 11. in perpetuum voti 27, 23. *cf.* 27, 11. 23. a praetore urb. editi 39, 39. circo inundato, extra portam Collinam, ad aedem Erycinae Veneris parati 30, 38. Apollinaribus ludis ante diem quintum Idus Quinctiles solis eclipsis 37, 4. Capitolini 5, 50. Circenses 30, 27. 44, 18. Consualia 1, 9. funebres, editi a Scipione 28, 21. ludi funebres per quatriduum in foro, mortis M. Valerii Laevini causa, a filiis eius facti, in quibus quinque et viginti paria gladiatorum 31, 50. per triduum a filiis M. Aemilii Lepidi 23, 30. funeris P. Licinii causa 39, 46. Isthmii 33, 32. Magni ex instauratione Romae parati 2, 36. ad hos ludos venit magna vis Volscorum 37. tumultus causa voti 4, 27. 35. a Camillo voti 5, 19. ex auctoritate Patrum voti a dictatore 7, 11. voti aeris trecentis triginta tribus millibus, trecentis triginta tribus triente 22, 10. voti a consule Acilio Glabrione 36, 2. ludi Megalesia dicti 29, 14. *cf.* 34, 57. 36, 36. Nemei 27, 30 et 31. Olympici 27, 35. Plebei in unum diem instaurati 27, 21. 28, 10. 39, 7. in biduum instaurati 25, 2. 27, 36. 29, 38. 33, 42. ter instaurati 23, 30. 25, 2. 30, 26. quinquies. toti instaurati 38, 35. septies instaurati 29, 11. 33, 25. Romani, etiam Magni dicti 1, 35. magnifice facti 25, 2. semel instaurati 27, 6. 21 et 36. 30, 26. 39, 7. biduum instaurati 29, 38. triduum instaurati 23, 30. ter toti instaurati ab aedilibus curulibus 28, 10. 29, 11. 33, 25 et 42. 38, 35. quater instaurati 32, 27. Scenici, quando primum instituti, et quare? 7, 2 per quatriduum primum facti ab aedilibus curulibus 24, 43. magnifice apparateque facti 31, 4. Taurilia 39, 22. ludorum sollemnia intermitti, nefas 5, 1. ludi ab aedilibus ex multaticia pecunia facti 10, 23. ludorum causa epulum Iovis 25, 2. 27, 36. 29, 38. in ludis senatoria loca secreta a populo 34, 54. ludorum sumtus, graves non modo Italiae ac sociis Latini nominis, sed etiam provinciis externis, circumscripti 40, 44. sumtuum in ludos vix tolerabilis opulentis regnis insania 7, 2 ludi primum de incerta pecunia voti 31, 9. ludi, iniussu senatus voti, non fiunt de aere publico 36, 36. pontifices negant pertinere ad religionem, quanta impensa ludi fiant 39, 5. ludos ob res bene gestas, quando primum coronati spectaverint 10, 47.

Ludi literarum in tabernis in foro 3, 44. strepunt discentium vocibus 6, 25.

Ludiones ex Etruria acciti 7, 2. ludionum convivalia oblectamenta quando primum Romae addita epulis 39, 6.

Luna pernox 32, 11. lunae defectu crepitus aeris nocte silente cieri solet 26, 5. lunae eclipsis praedicta a C. Sulpicio Gallo, trib. milit. 44, 37. Lunae aedes 40, 2.

Luna, urbs 39, 21. 41, 17. 43, 11.

Lunae aedes 40, 2.

Lunae portus 34, 8. 39, 21 et 32. 34, 8.

Lunensem agrum depopulantur Ligures 34, 56. Lunensium et Pisanorum de agris controversia 45, 13.

Lupa mammas Romulo et Remo praebet, et lingua pueros lambit 1, 4. simulacra infantium, conditorum urbis, sub uberibus Lupae posita 10, 23.

Lupercal 1, 5.

Lupus Marti proprius 10, 27. lupus in Gallia vigili gladium, e vagina raptum, abstulit 21, 62. lupus intrat Romanorum castra, evaditque, laniatis obviis, intactus 21, 46. lupus nocte portam Capuae ingressus laniat vigilem 27, 37. lupus Romae agitatus, cum porta Collina intrasset per Esquilinam magno consectantium tumultu evasit 41, 13. lupi ferrei in oppugnantes urbem iniecti 28, 3. luporum simulacrum 22, 1.

Luscinus, regulus Hispaniae ulterioris 33, 21.

Lusitania 21, 43. 27, 20. Lusitaniae montes 21, 43.

Lusitani vincuntur a P. Cornelio Scipione, caesis duodecim millibus 35, 1. caedunt Romanos 37, 46. funduntur a L. Aemilio Paullo, caesaque sunt decem et octo millia armatorum 37, 57. et sex millia a C. Atinio praetore 39, 21. de Lusitanis triumphat C. Calpurnius Piso, praetor 42. iis subactis, triumphat L. Postumius Albinus 41, 3 et 11.

Lustrata urbs 35, 9. lustratum oppidum 42, 20. classis 36, 42.

Lustratio exercitus apud Macedonas 40, 6.

Lustrum, propter Capitolium captum, et occisum consulem, condi religiosum est 3, 22. 24, 43. lustra varia 1, 44. 3, 3 et 24. 10, 9 et 47. 24, 43. 27, 36. 29, 37. 35, 9. 38, 36. 41, 2. 42, 10.

Lutarius, Gallorum regulus 38, 16.

C. Lutatius, triumvir coloniae deducendae a Bolis comprehenditur 21, 25. post sextum decimum annum servitute eximitur a Servilio, consule 30, 19.

Cn. Lutatius Cerco 42, 6.

Q. Lutatius Cerco, eo consule, pax data Carthaginiensibus 30, 44.

Luzus Romam invectus ab exercitu Asiatico 39, 6. *cf.* et 34, 4. Romae coercetur a censoribus 39, 44.

Lycaonia 37, 54. donatur Eumeni 38, 39.

Lyceum Athenis incensum a Philippo 31, 24.

Lyceus Pan 1, 5.

Lycia 33, 19. 41. 37, 15. Lyciae caput, Patara, *ibid.*

Lycii fusi fugatique a Romanis 37, 16. attributi Rhodiis 38, 39. queruntur de crudelitate Rhodiorum 41, 10. vexantur bello ab Rhodiis 30. iubentur esse liberi 44, 15.

Lychnidus, oppidum, capitur 27, 32. *cf.* et 33, 34. 43, 9. 10 et 21.

Lyciscus, Aetolorum praetor 42 38. 45. 28.

Lyco Achaeus, praefectus Aetolorum et Boeotorum in Persei exercitu 42, 51.

Lycortas, Megalopolitanus, princeps legationis Achaeorum ad Romanos 38, 32. praector Achaeorum indicit concilium 39, 35. eius ad Ap. Claudium oratio 36.

Lycurgi disciplina, cui per septingentos annos assueverant Lacedaemonii, abrogatur 38, 34. 39, 33 et 37.

Lycurgus, tyrannus Lacedaemoniorum 34, 26.

Lydia denatur Eumeni 38, 39.
Lymphaeum, oppidum, deficit ad Romanos 30, 19.
Lyncestae, populus 45, 30.
Lyncus, oppidum 26, 25. 31, 33. 32, 9.
Lysimachia, urbs 32, 34. 34, 57. diripitur et incenditur a Thracibus 33, 38. eam restituere cupit Antiochus, *ibid.* ut Seleuco filio eam det regni sedem 40. *cf.* et 35, 15.
Lysimachus, Philippi amicus. in consilium ab eo adhibetur ad iudicium Demetrii 40, 8.
Lysione, urbs 38, 15.
Lysis, fluvius, *ibid.*

M.

Macedones 7, 26. eorum legati in senatum introducti, queruntur de M. Aurelio 30, 42. Macedonum legio in Hannibalis exercitu 33. Macedonum gentis nobilitas 31, 1. Macedones terrentur foeditate vulnerum, Romanis armis illatorum 34. eorum animos sibi conciliare studet Philippus 32, 5. copiarum numerus 33, 4. Macedonum cum Romanis pugna ad Cynoscephalas 33, 7—10. interfectorum ossa legit Antiochus ad Cynoscephalas 36, 8. expelluntur urbibus Athamaniae 38, 1. offenduntur a Philippo 40, 3. eorum classis fugatur a Romanis 44, 30. Macedones inter et Romanos fortuna, non iussu imperatorum, commissum certamen 44, 40. vincuntur a Paullo Aemilio 40—42. belli finis 45, 9. Macedonum regnum quomodo et per quos creverit, *ibid.* post mortem Alexandri in multa regna distractum. *ibid.* Macedonum principes in Italiam ire iubentur 32. Macedonibus interdicta auri et argenti metalla 45, 29. et conubia extra fines suos, *ibid.*
Macedonia 1, 1. 9, 18. Macedoniam populantur Dardani 27, 33. tota se dedit Aemilio Paullo, consuli 44, 45. de Macedonia senatusconsultum 45, 18. ei libertas datur 29. dividitur in quatuor regiones, *ibid.* et 30.
Macedonica phalanx 9, 19. praeda 45, 33 et 39. Macedonici exercitus Romanis comparati 9, 19. Macedonici belli causae cum Philippo 35, 1. 5. item cum Perseo 39, 23. Macedonici exercitus lustratio 40, 6. Macedonicum mare 44, 11.
Macella, urbs Siciliae, deficit a Romanis 26, 21.
Macellum Romae incendio consumitur 26, 27. reficitur 27, 11.
Machanidas, tyrannus Lacedaemoniorum, bello petit Achaeos 27. 29. *cf.* et 28, 5. Eleos, Olympiorum sollemne ludicrum parantes, aggredi statuit 28, 7. metu Philippi comprimitur, *ibid.*
Macra Come, oppidum 32, 13.
Macra, fluvius 39. 32. 40, 41.
Macri campi 41, 22. 45, 12.
Macris, insula 37, 13. 28 et 29.
Madamprum, oppidum Phrygiae 38, 15.
Maduateni, Thraciae populi 38, 40.
Madytus, Chersonesi urbs 31, 16. 33, 38.
Maeander, fl. 37, 45 et 56. eius amnis fontes Celaenis oriuntur 38, 13. vado superari non potest 12.
Maecia tribus addita 8, 17. *cf.* et 29, 37.
P. Maecilius, trib. pl. 2, 58.
Sp. Maecilius absens quartum trib. pl. creatur 4, 48. turbator vulgi, *ibid.*
Maedi, populus 26, 25. 28, 5.
Maedica, regio 26, 25. 40, 21. in Maedicam exercitum ducit Philippus, *ibid.*
P. Maelius, trib. milit. consulari potestate 5, 12. iterum 18.
Q. Maelius, trib pl. 9, 8.
Sp. Maelius, ex equestri ordine, largitiones frumenti facere instituit in annonae caritate 4, 13. de regno parando agitat, *ibid.* vocatur ad dictatorem Cincinnatum 14. ab Ahala Servilio magistro equitum occiditur, *ibid.* factum defendit dictator 15. domus eius diruitur 16.
Maenium atrium 39, 44.
C. Maenius, cos. vincit Aricinos Laviniosque 8, 13. triumphat, *ibid.* status equestris ei in foro posita, *ibid.* quaestionum de coniuratis exercendarum causa dictator 9, 26. ei minitatur accusationem nobilitas, *ibid. cf.* et 9, 34. eius oratio 9, 26. abdicat se dictatura, et, reus factus, absolvitur, *ibid.*
C. Maenius, praetor 40, 35. exercet quaestiones de veneficiis 43.
L. Maenius, trib. pl. rogationem de unciario foenore fert 7, 16.
M. Maenius, trib. pl legis agrariae lator 4, 53. impedit delectum, *ibid.*
M. Maenius, trib. pl. 6, 19. dedit se in seditione Manliana auctoritati Patrum, *ibid.* diem dicit Manlio, *ibid.* et 20.
M. Maenius, trib, milit. in pugna cum Magone Poeno cadit 30, 18.
P. Maenius, trib. milit. consulari potestate 5, 12.
Q. Maenius, praetor, sortitur iurisdictionem peregrinam 43, 4.
T. Maenius, praetor 39, 6 sortitur iurisdictionem inter cives 8 et 18. trib. milit. 40, 35.
Maesessum, gentis Hispanae, urbs Orongis 28, 3.
Maesia silva 1, 33.
Maesulii, gens Numidiae, 24, 48. 29, 29. 31.
Magaba, mons 38, 19. petunt eum Tectosagi Galli, *ibid.*
Magalus, regulus Boiorum 21, 29.
Dec. Magii, Campani, constans erga Romanos fides 23, 7. vinctus in Hannibalis castra ducitur 10. navi Carthaginem missus, tempestate fertur Cyrenas, *ibid.* confugiens ad statuam regis Ptolemaei, liberatur, *ibid.* manere mavult in Aegypto, quam redire in Italiam, *ibid.*
Magister equitum primus Sp. Cassius 2, 18. primus de plebe, C. Licinius 6, 39. magistro equitum cum dictatore aequatum imperium 22, 25 et 26 sine magistro equitum dictator 23, 22 et 23. Sacrorum 39, 18.
Magistratus curulis 4, 7. cum sine magistratu curuli respublica esset, creatur interrex, *ibid.* plebeius nullus auspicato creatur, 6, 41. magnos decet esse minus diuturnos 4, 24. magistratus plebei sacrosancti 2, 33. nulli Patrum licuit eum magistratum capere, *ibid.* magistratus non creandus sine provocatione 3, 55. qui sine magistratu rem gessit, triumphare non potest 28, 38. L. tamen Lentulus, qui sine magistratu rem gesserat in Hispania, ovans urbem ingreditur 31, 20. magistratum gesturi, intra quintum diem in leges iurare debebant 50. magistratus duos curules unus nec capere potest, nec gerere 39, 39. magistratum eundem intra decem annos non capiendum, plebiscitis cautum 7, 42. duo magistratus uno anno non gerendi, *ibid.* magistratus et senatores pecuniam sponte conferunt ad supplementum classis 26, 36. magistratus minores Romae circumire vigilias iussi 32, 26. 39, 16. magistratus

cuncti circa omnia pulvinaria victimis maioribus sacrificant, prodigiorum procurandorum causa 43, 15. magistratuum Romanorum prisca modestia 42, 1. avaritia et superbia 48, 2. crudelitas 4 et 6. magistratuum libri citati 4, 20. 39, 52. magistratibus ineundis sollemnis dies. *cf.* Anni consularis principium. magistratus in coloniis 34, 7.

M. Magius Atellanus, 24, 10.

Magnesia, urbs super Maeandrum, dedit se Romanis 37, 45.

Magnesia, urbs ad Sipylum 36, 43. 37, 10. 11 et 37. se dedit Romanis 37, 44. Eumeni a Romanis tributur 56.

Magnesia, Graeciae regio 42, 54. 44, 11.

Magnetarches, summus Magnetum magistratus 35, 31.

Magnetes pronuntiantur liberi 33, 32 et 34. eorum concilium Demetriade 35, 31. ad Magnetes legatorum Roman. oratio, *ibid.* ope frustra tentat T. Quinctius 39.

Magni Campi, locus 30, 8.

Mago, frater Hannibalis 21, 47. proelio ad Trebiam in insidiis collocatur 54 in Cannensi pugna mediam aciem cum Hannibale tenet 22, 46. res a fratre Hannibale gestas Carthaginiensibus exponit 23, 11 et 12. annulos aureos, e digitis occisorum Romanorum detractos, in curiae vestibulo effundi iubet, *ibid.* cum eo Hannonis disceptatio 13. mittitur in Hispaniam 32. vincitur ad Illiturgin 49. mittitur ab Hasdrubale fratre ad conquisitionem militum 24, 42 Hasdrubali. Gisgonis filio, coniunctus, vincit P. Scipionem 25, 32 et 34. Hasdrubali fratri se iungit 35. eius castra a Marcio capta 39 venit ex ulteriore Hispania cum Hasdrubale. Gisgonis filio, ad Hasdrubalem fratrem 27, 20. in fugam vertitur 28, 2. delectum in Hispania cum Hasdrubale, Gisgonis filio, habet, et cum eo bellum instaurat 12. equestri proelio vincitur 13. it Gades, dissipaturque eius exercitus 16. Gadibus ex fuga subsistit 23, iubetur a senatu Carthaginiensi classem, quam Gadibus haberet, in Italiam traicere 36. a Gaditanis intra urbem non admittitur 37. ex minore Baliarium insula in Italiam traiicit 46. capit Genuam, *ibid.* Gallos et Ligures in concilium vocat 29, 5. vincitur a Romanis 30, 18. femore transfixo vulneratur, *ibid.* profugit in Liguriam 19. ex vulnere moritur, *ibid.*

Mago, legatus Poenorum ad Philippum 23, 34.

Mago, ex gente Barcina, cognatus Hannibalis, capitur 23, 41.

Mago, Poenorum dux, Carthaginem Novam tuetur 26, 44. se, arcem, et praesidium Scipioni dedit 46. Romam mittitur cum quindecim captivis senatoribus 51.

Maharbal, Himilconis filius, oppugnationi Sagunti praeficitur ab Hannibale proficiscente in Oretanos Carpetanosque 21, 12. depopulatur sociorum populi Rom. agros 45. persequitur Romanos, a Trasimenno fugientes 22, 6. praefectus equitum, suadet Hannibali post cladem Romanorum ad Cannas, ut quamprimum Romam petat 51. *cf.* et 23, 18.

Malacini, 33, 21.

Malea 31, 44 et 47. 32, 16. 36, 42. 42, 56.

Maleae promontorium 34, 32.

Maleventum 8, 27. 10, 15.

Maliacus sinus 27, 30. 31, 46. 32, 4 et 32. 36, 14.

Maliensis ager in Graecia 42, 40.

Malitiosa silva 1, 30.

Malleoli, ignita tela 38, 6.

Malloea Perrhaebiae 31, 41. 36, 13. 39, 25. vi capitur a Menippo, duce Antiochi 36, 10. Malloeam capit Philippus 13. capitur et diripitur a Romanis 42, 67.

Mamertini 28, 28.

C. Mamilius Vitulus, primus ex plebe curio maximus creatur 27, 8. praetor 35. sortitur Siciliam 36 et 38. legatus ad Philippum 30, 26. pestilentia moritur 41, 26.

L. Mamilius, Tusculi dictator, auxilium fert Romanis 3, 18. Romana civitate donatur 29.

Oct. Mamilius Tusculanus, ab Ulysse Deaque Circe oriundus 1, 49. ei filiam nuptum dat Tarquinius Superbus, *ibid.* ad eum exsulatum abit socer 2, 15. concitat triginta populos adversus Romanos 18. in pugna ad Regillum lacum vulneratur 19.

Q. Mamilius, aedilis plebis 27, 36.

Q. Mamilius Turrinus praetor creatur, cum aedilis pl. esset 28, 10. sortitur iurisdictionem peregrinam, sed accipit Galliam, *ibid.*

Mandonius 22, 21. frater Indebilis, ilergetum reguli 26, 49. eius uxor capta flens ad pedes Scipionis procumbit, obtestaturque, ut curam feminarum impensius custodibus commendaret, *ibid.* Mandonius deficit ad Romanos 27, 17. ei coniux et liberi redduntur, *ibid.* deficit, et, concitatis popularibus, agros sociorum populi Romani depopulatur 28, 24. magna pugna vincitur 33. petenti veniam ignoscit Scipio 34. deficit a Romanis, sed comprehensus traditur ad supplicium 29, 3.

Manduria, oppidum in Sallentinis, a Q. Fabio cos. vi capitur 27, 15.

Manes 1, 20. Manium placandorum ritus edocere debebat pontifex max. *ibid.* Diis Manibus Tellurique se devovet Decius 8, 9.

P. Manilius, legatus in Illyricum 45, 17.

Sex. Manilius in secessione militum cum M. Oppio summae rerum praeest 3, 51.

Manipulus 1, 52. 7, 24. leves vicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat 8, 8. mixti e Latinis et Romanis 1 52.

Manlias gentis decreto cautum, ne quis deinde M. Manlius vocetur 6, 20.

Manliana imperia 4, 29. 8, 7.

Manlianus saltus in Hispania 40, 39.

Manlii Acidini, duo iuvenes illustres, tribuni militum 42, 49.

M. Manlius, (*cui in Livii exemplaribus vulgo apponitur praenomen C.*) cos. 2, 54. accusatur post consulatum, *ibid.* tribunus, eius accusator, domi interficitur, *ibid.* legatus Athenas missus legum causa 3, 31. decemvir creatur 33.

A. Manlius, trib. mil. cos. pot. 4, 61. iterum 5, 8. tertium 16. legatus, auream craterem donum Apollini Delphos fert 28. a Liparensium piratis captus, et dimissus, *ibid.*

A. Manlius, tribunus militum interficitur 27 27.

A. Manlius Capitolinus, trib. mil. cos. pot 6, 1. iterum 11. tertium 21. quartum 36. frater M. Manlii Capitolini cum eo vestem non mutat 20.

A. Manlius Torquatus, praetor creatus 45, 14. sortitur Sardiniam, sed in provinciam ire nequit. exercendis iudiciis ex senatusconsulto retentus 16.

A. Manlius Vulso, cos. 40, 59. male rem gerit adversus Istros 41, 5—8. populatur Istriam 14. obsidet Nesactium opp. 15. dimittitur Romam, *ibid.*

C. Manlius, trib. mil. cos. pot. 6, 30. male rem gerit, *ibid.*

Cn. Manlius, cos. 2, 43. in proelio occiditur 47.

Cn. *Manlius*, cos. 7, 12. Tiburtes ad moenia Romae vincit, *ibid.* secundum cos. 16. adversus Faliscos proficiscitur, *ibid.* legem de vicesima manumissorum in castris fert, *ibid.* interrex 17. censor 22. magister equitum 28.

Cn. *Manlius Vulso*, aedilis curulis 33, 25. creatur praetor 42. sortitur Siciliam provinciam 43. coloniae deducendae triumvir 34, 53. 35, 9. cos. 37, 47. suscipit bellum adversus Gallograecos 38, 12. eius iter ab Epheso ad Tolistobolorum fines 12—15. eius ad milites oratio 17. aggreditur Tolistoboios, Olympum montem insidentes 20. capit eorum castra 23. res eius gestae adversus Tectosagos et Trocmos 24—27. ad eum legationes Asiae 37. it in Pamphyliam, *ibid.* foedus facit cum Antiocho 38. res regum et urbium componit 39. traiicit in Thraciam 40. eum invadunt Thraces, et partem praedae abigunt, *ibid.* in Thessaliam traducit exercitum, et Apolloniae hibernat 41. petit triumphum 41. legati ipsius contradicunt, *ibid.* et 45 et 46. se defendit 47. triumphus ei decernitur 50. de Gallis Asiaticis triumphat 39, 6. petit censuram 40.

L. Manlius Imperiosus, clavi figendi causa dictator dictus 7, 3. delectum habere conatur, frustra, *ibid.* ob delectum acerbius habitum ei dies a M. Pomponio trib. pl. dicta 4. eius crudelitas in filium, et filii generosum factum *ibid.* et 5. Manlio remissa causae dictio, *ibid.*

L. Manlius, praetor, in Gallium mittitur 21, 17. eius exercitus caeditur a Boiis 25. Concordiae aedem vovit 22, 33. 23, 21. petit consulatum 22, 35.

L. Manlius, quod legatos Carthaginienses pulsasset, per feciales traditur legatis, et avehitur Carthaginem 38, 42.

L. Manlius, quaestor 45, 13.

L. Manlius Acidinus, praetor 26, 23. urbanus 27, 4. praeest exercitui ad Narniam 43 et 50. ei Hispania provincia traditur a Scipione 29, 38. eius in Hispania res gestae 29, 2. 3. ei prorogatur imperium 13. prohibetur a trib. pl. M. Porcio Laeca ne ovans urbem iniret, cum ab senatu impetrasset 32, 7.

L. Manlius Acidinus, creatus praetor, sortitur Hispaniam citeriorem 38, 35. cum Celtiberis confligit 39, 21. impetrat ovationem 29. legatus in Galliam Transalpinam 54. triumvir coloniae Aquileiam deducendae 55 et 40, 34. cos. 43.

L. Manlius Capitolinus, trib. mil. consulari potestate 4, 42.

L. Manlius Torquatus, legatus 10, 26.

L. Manlius Torquatus, pontifex, moritur 30, 39.

L. Manlius Vulso, praetor 32, 27. sortitur Siciliam 28. cos. Cn. Manlii frater 38, 20.

M. Manlius, trib. mil. consulari potestate 4, 44.

M. Manlius, cui Capitolino fuit cognomen, creatur cos. 5, 31. facit ludos magnos, *ibid.* ingreditur urbem ovans, *ibid.* servat arcem Rom. 47. interrex 6, 5. pravae eius adversus Patres molitiones 11. seditionem movet 14 et 15. mittitur in carcerem 16. e carcere quare eductus 17. eius seditio renovatur 18. advocata domum plebe, invenitur in Patres, et de regno incipit agere, *ibid.* tribuni plebis sese adversus eum jungunt senatui 19. ei dies dicitur 20. eius defensio, *ibid.* damnatus, de saxo Tarpeio deiicitur, *ibid.* ei mortuo adiectae notae, *ibid.*

P. Manlius, trib. milit. consulari potestate 6, 30. ei sine sorte, extra ordinem, Volsci provincia data, *ibid.* male rem gerit, *ibid.* creatur dictator 38.

P. Manlius, triumvir epulo factus 33, 42. creatur praetor, *ibid.* in Hispaniam citeriorem adiutor consuli datur 43. vincit Turdetanos 34, 17. praetor iterum 39, 56. sortitur Hispaniam ulteriorem 40, 1. quid rerum ibi gesserit 16 et 34. moritur 42.

P. Manlius Vulso, praetor 26, 23. Sardiniam obtinuit 27, 6 et 7.

T. Manlius L. F. a patre rus relegatus 7, 4. generosum et pium T. Manlii factum 5. trib. milit. suffragio populi creatur, *ibid.* pugnat cum Gallo, quem vincit 10. quare dictus Torquatus, *ibid.* donatur a dictatore corona aurea, *ibid.* dicitur dictator 19. iterum 26. cos. 27. secundum cos. 28. tertium cos. 8, 3. eius ad legati Latini superbam orationem responsio 5. proficiscitur ad bellum 6. filium securi percutit 7. in pugna adversus Latinos virtute consilioque egregius 10. redit Romam, cui seniores tantum obviam iverunt, iuventute eum exsecrante 12.

T. Manlius Torquatus, cos. 10, 9. ex equo lapsus, moritur 11.

T. Manlius Torquatus, eo consule, Iani aedes clausa 1, 19. censet non redimendos esse captivos Cannenses 22, 60. mittitur cum imperio in Sardiniam 23, 34. Sardos domat 40 et 41. pontificatum maximum petit frustra 25, 5. recusat consulatum 26, 22. comitiorum et ludorum faciendorum causa dicitur dictator 27, 33. ludos facit, et lustrum vovet, *ibid.*

T. Manlius Torquatus, praetor 43, 4. pontifex legitur 13.

Mannus, servus Campanorum Calaviorum, indicat incendium Romae fraude Campanorum factum 26, 27. ei libertas data, et viginti millia aeris, *ibid.*

Mantua 24, 10.

Manubiae 10, 46. de manubiis aedes Fortis Fortunae facta, *ibid.*

Manumissi 7, 16. lex de vicesima manumissorum in castris a Cn. Manlio, consule, lata, *ibid.*

Manus ad digitos usque involutae in re div. Fidei faciundae 1, 21. manus religiose admotae Deorum signis 5, 22. manibus ad coelum sublatis precatur M. Furius Camillus 5, 21. ad coelum porrectis M. Curtius se devovet 7, 6. manus praecisae speculatoribus deprehensis 22, 33. et 26, 12. manus ferreae ad naves sistendas aut comprehendas 36, 44.

Mapalia Maesuliorum 29, 31.

M. Claudius Marcellus, cos. 8, 18. dictator 23.

M. Claudius Marcellus praetor, Nolam magnis itineribus pervenit 23, 14. Hannibalem vincit 16. supplicium de proditoribus sumit 17. creatus cos. secundum, cum augures vitio creatum pronuntiavissent, abdicat 31. proconsul copias educit in aciem contra Hannibalem 44. hortatur suos 45. Poenos in castra compellit 46. ad eum equites Hispani et Numidae transfugiunt, *ibid.* tertium cos. absens creatur 24, 9. ei Sicilia provincia decreta 21. Leontinorum urbem capit 30. oppugnat Syracusas 33. capit alias urbes 35. fundit Syracusanos 36. capit Syracusas 25, 23 et 24. Marcelli lacrimae, captis Syracusis, *ibid.* castigat Syracusanos 31. spoliat Syracusas 40. componit res Siculorum, *ibid.*

